ipse cognoscitur. Nam si sapientia et veri-
tas non totis animi viribus ɔcupiscatur/
inueniri nullo pacto pōt. At si ita quęrat/
vt dignū est: subtrahere sese atq; abscōde-
re a suis dilectoribus non pōt. Hinc ē illud
quod in ore habere etiā vos soletis: qd ait
Matth.7.a. iesus: Petite et accipietis: quęrite et inue-
Matth.10.c. nietis: pulsate ⁊ aperiet vobis. Nihil ē oc-
cultū qd nō reuelabit. Amore petit: amo-
re quęritur: amore pulsatur: amore reuela-
tur: amore deniq; in eo quod reuelatū fue-
rit permanet. Ab hoc amore sapientię dili
gētiaq; quęrēdi/ nō deterremur i veteri te-
stamento: qd semp mendacissime dicitis:
B sed ad hęc vehemētissime concitamur. Au
dite itaq; aliquādo/ ⁊ aduertite quęso sine
Sap.6.b. pertinacia quid p prophetā dicatur: Cla-
ra est inquit ⁊ quę nunq̄ marcescit sapien-
tia: et facile videtur ab his qui diligunt il-
lam: ⁊ inuenitur ab his qui quęrunt illam:
pręoccupat qui illam concupiscunt/ vt il-
lis se ostendat: Qui vigilauerit ad illā/ nō
laborabit: assidentē enī illam inueniet fo-
ribus suis: Cogitare enī de illa sensus ē cō-
summatus: et qui vigilauerit pp̄ter illam/
cito erit securus: Quia dignos se ipsa cir-
cuit quęrens: ⁊ in vijs ostendit se illis hila-
riter/ ⁊ omni pvidentia occurrit illis. Ini-
tiū enī illius verissima disciplinę concupi-
scentia est. Cura ergo disciplinę dilectio ē:
et dilectio custoditio legū illius est: Custo
ditio autē legum/ confirmatio incorrupti-
onis est: incorruptio autē facit proximum
deo: Concupiscentia autē sapiētię deducit
ad regnū. Ita ne tandem adhuc aduersus
ista latrabitis? Nonne ita posita et nondū
intellecta/ cuius significant altū se quiddā
et ineffabile cōtinere? O vtinā possetis in-
telligere quę dicta sunt: cōfestim abijcere-
tis omnes ineptias fabellarū: et vanissi-
mas imaginationes corporū: totosq; vos
magna alacritate/ sincero amore/ firmissi-
ma fide/ sanctissimo ecclesię catholicę gre-
mio conderetis.

Christiana fides nō ē apud manicheos/ nec vspiā nisi i catholica disciplina: in q̄ euāgeliū/ apls/ ⁊ vet⁹ testamentū cōcordat. Itē augustinus nouē annis dicit se a manicheis ludificatum: Ca.XVIII.

P Oterā p mea mediocritate discur Al.fol[illegible]
rere singula: ⁊ eruere ac demōstra- A
re quę accepi: in quoꝝ excellētia ⁊
altitudine plerūq; verba deficiūt. Sed q̄
diu latratis/ non ē faciendū: Non enī fru-
stra dictū est: Nolite sanctū dare canibus: Matth.7.a.
Nec succēseatis: et ego latraui ⁊ canis fui:
qn̄ mecū iure non docēdi cibo/ sed refellen-
di fustibus agebatur. Si autē in vobis es-
set charitas / de qua nūc agitur: vel etiā si
fuerit aliqn̄/ quantā cognoscendę veritatis
magnitudo desiderat: aderit de⁹ qui ostē-
dat vobis: neq; apud manicheos esse chri-
stianā fidē/ quę ad sūmū apicē sapiētię ve-
ritatisq; pducit: qua pfrui nihil est aliud ni-
si beate viuere: neq; esse vspiam nisi in ca-
tholica disciplina. Quid enī aliud videtur
apls paulus optare cū dicit: Huius rei gra Eph.3.c.
tia flecto genua mea ad patrē dn̄i nostri ie
su christi/ a quo omis paternitas in cęlis ⁊
in terra nominatur: vt det vobis sm̄ diui-
tias gratię suę fortitudinē: corroborari per
spiritū i interiori homine: habitare christū
per fidē in cordib⁹ vestris: vt i charitate ra
dicati et fundati/ possitis comprehendere

cu omnib⁹ sanctis / que sit altitudo / et lon/
gitudo / et latitudo / et profundum : cogno/
scere etiam supereminentem scientiam cha
ritatis christi: vt impleamini in omni pleni
B tudine dei. Potest ne quicq̄ dici manifesti/
us? Obsecro vigilate paululum: videte te/
stamenti vtriusq̄ concordiā / qui sit in mo/
ribus vite modus: et quo sint referenda om
nia / satis aperiente et docente amore dei.
Math.7.a. Concitant euangelia / cum dicitur: Petite:
querite: pulsate. Concitat paulus dicēdo:
Ut in charitate radicati et fundati / possitis
cōprehendere. Concitat etiam ꝓpheta / cū
dicit: facile sapientiā ab his qui eā diligūt /
querunt concupiscunt / vigilant / cogitant /
curant posse cognosci. Salus animi et via
beatitudinis vtrarumq̄ scripturarum pace
monstrantur: et vos latrare potius aduer/
sus hec / q̄ his obtemperare diligitis. Bre/
ui dicā quod sentio: Audite doctos ecclesie
catholice viros tanta pace animi / et eo vo/
to quo vos ego audiui / nihil opus erit no/
uem annis quibus me ludificastis: Longe
omnino / longe breuiore tempore quid inter/
sit inter veritatē vanitatemq̄ cernetis.

Qd in modo viuendi temperan/tia cupiditatē / que in vtroq̄ testa/mento radix oim malorū dicit / se/dat: omne em̄ officiū temperantie / est exuere veterē / et induere nouū hominem: Ca.XIX.

A Sed temp⁹ est ad illas virtutes quat
tuor reuerti: et ex his singulis eruere
ac ducere viuendi modū. Itaq̄ pri/
us temperantiā videam⁹: que nobis amo/
ris illius quo innectimur deo / integritatē
quandam et incorruptionē pollicetur. Mu
nus enim eius est in coercendis sedandisq̄
cupiditatibus: quibus inhiamus in ea que
nos auertunt a legibus dei / et a fructu bo/
nitatis eius / quod est (vt breui explicem)
beata vita. Ibi em̄ est fides veri: cuius con
templatione perfruentes / eiq̄ penitus ad/
herentes / proculdubio beati sum⁹: inde aūt
decidentes / magnis erroribus doloribusq̄
1.Timoth.6.b implicamur. Nāq̄ vt ait apls: Radix oim
malorū cupiditas: quam quidā sequentes /
naufragauerūt a fide / et inseruerūt se dolo/
ribus multis. Qd peccatū anime in veteri
testamento satis aperte bene intelligenti/
bus in ipsius hominis q̄ erat in paradiso /
1.Corin.15.c. preuaricatione signatur. In adam quippe
omes morimur / vt ait idē: et in christo om/
nes resurgem⁹. O alta mysteria. Sed repri/
mam me: Nō em̄ modo suscepi docere vos
recta / sed dedocere praua / si potero: id est si

deus annuerit ꝓposito in vos meo. Dicit B
ergo paulus / radicem omnium malorū esse
cupiditatem: per quam etiam lex vetus pri
mum hominē lapsum esse significat. Mo/
net paulus: vt exuamus nos veterem ho/ Col.3.b.
minem / et induamus nouum. Uult aūt in/
telligi: Adam qui peccauit veterem homi/
nem: illum aūt quem suscepit in sacramen/
to dei filius / ad nos liberandos / nouū. Di/
cit namq̄ alio loco: Primus homo de ter/ 1.Corin.15.e
ra terrenus: secūdus homo de celo celestis.
Qualis terrenus / tales et terreni: qualis ce
lestis / tales et celestes. Sicut portauimus
imaginem terreni / portemus et imaginem
celestis: hoc est: exuite veterē / et induite no/
uum. Omne igitur officiū temperantie / est
exuere veterē hominem et in deo renouari:
id est cōtemnere omēs res corporeas illece
bras / laudemq̄ popularē: totumq̄ amorē ad
inuisibilia et diuina cōferre. Unde illud se/
quit qd̄ mirifice dictū est: Et si exterior hō 2.Corin.4.d.
noster corrumpitur / sed interior renouatur
de die in diem. Audi et prophetam canen/
tem: Cor mundum crea in me deus: et spiri/ Ps.50.
tum rectū innoua in visceribus meis. Quid
contra istam conuenientiā dici / nisi a cecis
latratoribus potest?

Qd sensibus quibus anima per corpus vtitur / visus preferatur: et ideo in scripturis sanctis / visibiliū nomine sensibilia cūcta significan tur: a quorum amore in nouo testa mento ꝓhibemur: ideo christiani non sunt qui solem et lunam: non modo diligendos / verumetiā co/lendos putant: Ca.XX.

Illecebre autem corporis site sunt
in his omnibus que corporeus sen/
sus attingit: que a nonnullis etiam
sensibilia nominant: in quib⁹ maxime lux
ista et visibilis excellit: quia et ipsis sensib⁹ Al. et vulgar
nostris / quib⁹ anima per corpus vtitur / ni/
hil est oculis preferendū: et ideo in scriptu/
ris sanctis / visibiliū nomine sensibilia cun/
cta significantur. Itaq̄ in nouo testamen/
to sic ab istorum amore prohibemur. Non
respicientes inqt ea que vident / sed que nō 2.Corin.4.d.
vident: Que em̄ videntur / tpalia sunt: que
autē nō vident / eterna. Ex quo intelligi po
test: q̄ christiani non sint qui solem et lunā
non modo diligendos / sed etiam colendos
putant. Quid enim videmus / si solem et lu
nam nō videmus? Uetiti aūt sum⁹ cōuerti
ad ea que vident. Nō sunt igit etiā ista dili
genda ei q̄ amorē illū incorruptū deo cogi/
tat exhibere. Sz erit mihi alius locus / quo

de istis diligentius requiretur: Non enim nunc de fide / sed de vita dicere institui / per quã meremur scire qđ credimus. Amãdus igitur solus deus est: omnis ṽo iste mũdus: id est oĩa sensibilia cõtemnenda: vtenduȝ autẽ his ad hui⁹ vitę necessitatẽ.

Quod gloriam popularẽ et curiositatem atq̃ inanem philosophiaȝ / nouum testamentum prohibeat: Simul in hoc et vetus testamentum concordat: Ca. XXI.

A Loria ṽo popularis sic in nouo testamento abijcitur atq̃ contemnit:
Gal.1.b. Si hoĩbus inq̃t apl's placere vellẽ / christi seruus non essem. Est item aliud qđ
Al. imaginationes de corporibus per † imagines quasdã concipit aĩa / et eã vocat rerũ scientiã. Quobrẽ recte etiam curiosi esse prohibemur / qđ magnum temperantię munus est. Hinc illud
Col.2.b. est: Cauete ne quis vos seducat per philosophiã. Et quia ipsum nomen philosophię si consideretur / rem magnam totoq̃ animo appetendam significat: Siquidẽ philosophia est amor studiumq̃ sapiẽtię: cautissime apostolus ne ab amore sapientię deterrere videret / subiecit: Et elemẽta hui⁹ mundi. Sunt enim qui desertis virtutib⁹ / et nescientes quid sit deus / et quanta maiestas: semper eodem modo manentis naturę magnum aliquid se agere putant: si vniuersaȝ istam corporis molem / quã mundum nuncupamus / curiosissime intentissimeq̃ perquirant: Unde tanta etiam superbia gignitur / vt in ipso cęlo de quo sępe disputant / sibimet habitare videantur. Reprimat igitur se anima ab huiusmodi vanę cognitionis cupiditate: si se castam deo seruare disposuit. Tali enim amore plerumq̃ decipitur: vt aut nihil putat esse / nisi corpus: aut etiam si auctoritate commota / fateatur aliquid esse incorporeum: de illo tamen nisi per imagines corporeas cogitare non possit: et tale aliquid esse credere / quale fallax
Al. fingit corporis sensu s† infingit. Ad hoc etiaȝ valet q̃ pręcipitur cauendum esse a simula
B cris. Huic ergo auctoritati noui testamen
1.Joh.2.b. ti / qua iubemur nihil mũdi huius diligere:
Roma.12.a. illa maxime sententia qua dictũ est. Nolite conformari huic mundo: simul enim demonstrandũ est ei rei quẽq̃ cõformari quã diligit. Huic ergo auctoritati si de veteri testamento quęram quid comparem: plura quidem inuenio / sed vnus salomonis liber ecclesiastes qui dicit / copiosissime in summum cõtemptum omnia ista perducit. Incipit enim sic: Uanitas vanitatum dixit ec
Eccle.1.a. clesiastes: vanitas vanitatum et oĩa vani
1.Retract. ca.7.c. tas: Quę abundantia homini in omni labore suo quẽ ipse laborat sub sole? Hec verba omnia si attendantur / si pendant / si discutiantur: multa inueniũtur pernecessaria his q̃ hũc mundũ fugere / et refugere in deũ desiderãt. Sed longũ est / et ad alia festinat oratio. Tali tñ principio cõstituto / exequit oĩa vanitates esse eos q̃ reb⁹ huiusmodi falluntur. Idipsum autem quo fallunt vanitatem vocans: nõ q̃ de⁹ ista nõ creauerit / sed q̃ subijcere se homines volunt his rebus per peccata quę illis per recte facta diuina lege subiecta sunt. Quid est eñ aliud: falsis bonis illudi atq̃ decipi / q̃ teipso inferiora miranda et appetenda arbitrari? Habet igitur vir temperans in huiuscemodi rebus mortalibus et fluentibus / vitę regulam vtroq̃ testamento firmatam / vt eorũ nihil diligat / nihil per se appetendum putet: sed ad vitę huius atq̃ officiorũ necessitatem quantum satis est / vsurpet: vtentis modestia / non amantis affectu. Hec dicta sint de temperantia pro rerum magnitudine breuiter / pro instituto tamen opere fortasse copiosius q̃ oportebat.

Quod inter omnia que in hac vita possidentur / corpus homini grauissimum vinculum sit: sed hoc ferre / mortem contemnere / et omnia perferre ne deseramus deum / efficit fortitudo / que est amor dei / in amittẽdis sensibilibus fortis: Nihil autem tam durum atq̃ ferreuȝ / quod non amoris igne vincatur: Ca. XXII.

E fortitudine vero non
D multa dicenda sunt. Amor namq̃ ille de quo loquimur quẽ tota sanctitate inflammatum esse oportet in deum: in non appetendis istis temperans / in non amittendis fortis vocatur. Sed inter omnia que in hac vita possidentur / corpus homini grauissimum vinculum est / iustissimis dei legibus / propter antiquum peccatum: quo nihil est ad pręedicandum notius: nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne cõcutiatur atq̃ vexetur / laboris et doloris: ne auferatur atq̃ perimatur / mortis terrore animaȝ quatit. Amat enim illud / vim cõsuetudinis nõ intelligens / si eo bene atq̃ scienter vtatur: resurrectionẽ reformationemq̃ eius ope ac lege diuina sine vlla molestia iuri suo subditam fore: sed cum hoc amore totum in deum cõuerterit:

bis cognitis/ mortem non modo non con/
temnet/verumetiã desiderabit. Sed restat
cum dolore magna conflictatio: Nihil ẽ ta
men tam durũ atq3 ferreũ/quod non amo/
ris igne vincatur. Quo cũ se anima rapiet
in deũ: super omnẽ carnificinã libera ꝛ ad/
mirãda volitabit pẽnis pulcherrimis ꝛ in/
tegerrimis/quibus ad dei complexũ amor
castus innitit. Nisi ꝟo amatores auri/ama/
tores laudis/amatores feminaꝝ/amatori/
bus suis de⁹ sinat esse fortiores: cũ ille non
amor/sed ꝯgruentius cupiditas vel libido
noiet. In qua tñ apparet quant⁹ sit impet⁹
Al. ꝛ desidero animi ad ea q̃ diligunt ꝛ indefesso cursu per
immania queq3 tẽdentis: Argumẽtoq3 no
bis ẽ: q̃ sint oia pferẽda ne deseram⁹ deũ/si
tanta illi vt deserant/perferunt.

Q ad patientiã (q̃ fortitudinis pars est) nõ solũ nouũ sed etiã ve/tus testamentũ excitat/ tum exem/plo iob/tũ3 exemplo matris septẽ fratrum machabeoꝝ: Ca. XXIII

A Uid q̃ hic noui testamẽti auctori/
Roma.5.a. q tates colligam/ vbi dictũ est: Tri/
bulatio patiẽtiã ꝓbationẽ/proba/
tio spem: et non solũ dictum/sed etiã exem
plis eorum qui dixerunt probatũ atq3 fir/
matũ: de veteri potius testamento in quo
Al. ꝛ rabide seuiunt illi ꝛ rabidi deseuiũt/excitabo exemplũ pa/
tientie: Neq3 illum cõmemorabo virum/a
quo in magnis cruciatibus corporis ꝛ hor
ribili tabe membrorũ: nõ modo sustinen/
tur humana/ sed diuina etiã disputantur:
In cuius singulis vocibus satis elucet/ si
quis equo animo attendat/quanti pendẽ/
da sint ista que cũ volũt homines per do/
minationẽ3 tenere/ ab hisipsis potius per
cupiditatẽ tenentur: et rerum mortaliũ ser
ui fiant/cũ imperite domini esse desiderãt.
Job.1.d. Amisit nãq3 ille omnes diuitias: et factus
repente pauperrimus/tam inconcussũ ani
mũ tenuit et infixum deo/vt satis demon/
straret: nõ illas sibi fuisse magnas/sed se il
lis/sibi autẽ deum. Quo animo si esse pos/
sent nostri temporis homines: nõ magno/
pere in nouo testamẽto ab istorũ possessi/
one prohiberemur/ vt pfecti esse possem⁹.
Al. ꝛ melius Multo eñ ꝛ mirabili⁹ est non inherere istis
q̃uis possideas/ q̃ omino ea nõ possidere.
B Sed quoniã de dolore atq3 cruciatib⁹ cor/
poris tolerandis nũc agitur: relinquo istũ
virum/licet magnũ/licet inuictũ/ viru3 tñ.

Offerũt enim mihi scripture ille stupende
fortitudinis feminã: ꝛ ad eã iã me transire 2.Machab.7
compellunt: Que cũ septem liberis tyran/
no atq3 carnifici prius viscera oĩa q̃ vnũ
verbũ sacrilegũ impẽdit: cũ eius ꝛ hortati/ Al. ꝛ oratione
one filij ꝛ roborarẽtur/i q̃rũ mẽbris ipa tor/ Al. ꝛ liberarentur
quebatur: latura tamẽ etiam ꝓprio mune
re quod eos ꝛ ferre p̃ceperat. Quid ad tan Al. ꝛ offerre
tam patientiam queso addi põt? Quid tñ
mirũ/si omĩbus medullis ꝯcept⁹ dei amor/
ꝛ tyranno/ꝛ carnifici/ꝛ dolori/ꝛ corpi/ ꝛ se/
xui/et affectui resistebat? An nõ audierat:
Preciosa i ꝯspectu dñi mors sctõꝝ ei⁹? Nõ Ps.115.
audierat: Melior vir patiens fortissimo? Prouer.16.d
Nõ audierat: Oẽ qđ tibi applicitũ fuerit/ Eccli.2.a.
accipe/ꝛ i dolore sustine: ꝛ i humilitate tua
habe patientiã: qm̃ in igne ꝓbatur aurũ et
argentũ? Non audierat: Uasa figuli ꝓbat Eccli.27.a.
fornax: ꝛ homines iustos tẽptatio tribula/
tiõis? Immo ꝟo ꝛ hec ꝛ alia plura p̃cepat/
q̃ vno sancto dei spiritu: vt in istis noui te/
stamẽti/sic i illis (q̃ soli adhuc erãt) libri di/
uina p̃cepta fortitudinis conscripta sunt.

Quid iusticia/ quidve pruden/tia norme viuendi conferant. vtri/usq3 testamenti auctoritas breui/ter explicat: Ca. XXIIII

Uid de iusticia q̃ ad deũ pertinet? A
n Nonne cũ ꝛ dñs dicat: Non pote/ Matth.6.c.
stis duobus dñis seruire: et aplus
redarguat eos qui creature potius q̃ crea/ Roma.1.c.
tori fuiũt? In veteri testamẽto ꝑus dictũ
ẽ: Dñm deũ tuũ adorabis/et illi soli fuies. Deut.6.b.
Sed q̃d op⁹ ẽ hinc plura dicere: cũ sentẽtijs Matth.4.b.
talib⁹ ibi plena sint oia? Hanc q̃ iusticie vi/
tam/ vite regula3 dabit huic amatori de q̃
sermo est: vt deo quẽ diligit/id ẽ sũmo bo/
no/sũme sapiẽtie/sũme paci libẽtissime ser
uiat: ceteraq3 oia ptim subiecta sibi tegat:
partim subijciẽda p̃sumat. Que norma vi/
uẽdi vt docuim⁹/vtriusq3 testamẽti aucto/
ritate roborat. Nec de prudẽtia diuti⁹ dis/
serendũ est: ad quã dinnoscẽtia ptinet appe
tendoꝝ ꝛ vitandoꝝ. Que si desit/nihil co/
rũ de quibus iã dictũ est/effici põt. Huius
autẽ excubie atq3 diligẽtissima vigilãtia ẽt
ne subrepẽte paulatim mala suasiõe falla/
mur: Uñ sepe dñs: Uigilate clamat: ꝛ am Matth.24.d.
bulate inq̃t dũ lumẽ habetis: ne vos tene/ Joh.12.f.
bre cõprehẽdãt. Itẽq3 dr: Nescitis q2 modi/ 1.Corin.5.b.
cũ fermentũ totã massã corrũpit. Quid au
tẽ pferri manifestius de veteri testamento

ↄtra illā dormitationē animi pōt/p quā fit
vt non sentiam⁹ quasi minutatim serpen/
Eccĩ.19.a. tis pniciē/ q̄ȝ illō qδ a pphecta dictū ē: Qui
spernit modica/paulatim decidet. De q̄ sē
tētia si opportunū eēt festinātib⁹ copiosissi
me disputarē: atq̄ȝ id si a nobis nūc susce/
ptū mun⁹ flagitaret: fortasse demonstrare/
mus q̄ȝ sint alta mysteria q̄ imperitissimi ꝛ sa
crilegi hoīes deridēdo/nōnulli q̄dē paula/
tim iā decidūt/ꝟ magno lapsu p̄cipites eūt.

Qꝛ bñ viuere hoīs/sit deū sūmū bonū/toto corde/tota aīa/tota mente diligere: ꝛ hunc amorē p quattuor virtutes cōseruare: cui⁹ premiū est vita eterna: que est ipsa cognitio ꝟitatis: Ca.XXV.

Quid ampli⁹ de morib⁹ disputē? Si
q cm̄ de⁹ ē summū hoīs bonū: qδ ne/
gare nō potestis: sequtur pfecto/ qm̄
summū bonū appetere/ē bñ viuere: vt nihil
sit aliud bñ viuere/q̄ȝ toto corde/ tota aīa/
tota mēte deū diligere: a q̄ existit/vt incor/
rupt⁹ i eo amor atq̄ȝ integer custodiat/ qδ
ē tēperantie: ꝛ nullis frāgat incōmodis: qδ
ē fortitudinis: nulli alij seruiat/ qδ ē iusti/
cie: vigilet in discernendis reb⁹/ ne fallacia
paulatim dolusq̄ȝ subrepat/qδ ē prudētie.
Hec est hoīs vna perfectio: qua sola impe/
trat/vt ꝟitatꝭ sinceritate perfruat. Hec no/
bis testamēto vtroq̄ȝ ↄcinitur. Hec nobis
hinc atq̄ȝ inde suadetur. Quid adhuc scri/
pturis q̄s ignoratis calumniamini? Ne/
scitis quāta imperitia lacessatis libros: q̄s
ꝛ soli rep̄hendūt q̄ non intelligūt: ꝛ soli in/
telligere nequeunt q̄ rep̄hēdunt? Non cm̄
eos aut vllus inimic⁹ cognoscere sinit: aut
esse nisi amic⁹ cognitis pōt. Diligam⁹ igit
deū ex toto corde/ex tota aīa/ex tota men/
te/quicūq̄ȝ ad vitā eternā puenire pposui/
mus. Vita cm̄ eterna est totū p̄miū/cui⁹ p/
missione gaudem⁹: Nec p̄miū pōt pcedere
merita/ꝛ p̄us hoī dari q̄ȝ dign⁹ ē. Quid cm̄
hoc iniustius/ꝛ q̄d iusti⁹ deo? Non ꝗ debe/
mus poscere p̄miū anteq̄ȝ mereamur acci/
pere. Hic fortasse non incōgrue q̄rit/eterna
ipsa vita q̄d sit. Sꝫ ei⁹ largitorē poti⁹ audi/
Joh.17.a. am⁹: Hec ē inq̄t vita eterna/vt cognoscant
te verꝫ deū: ꝛ quē misisti iesū christū. Eter/
na igitur vita ē ipsa cognitio veritatꝭ. Q̄/
obrē videte q̄ȝ sint puersi atq̄ȝ p̄posteri/qui
sese arbitrant dei cognitionē tradere/vt p/
fecti sim⁹: cū pfectorꝫ ipse sit p̄miū. Quid ꝗ
agendū ē: q̄d queso/nisi vt eūipsum quē co/ 1.Ioan.4. ca.7.d.
gnoscere volum⁹/p̄us plena charitate dili/
gamus? Vn̄ illud exorit/ qδ ab initio satꝭ S.eodē.ca.2.
egim⁹: nihil i ecclīa catholica salubri⁹ fieri/
q̄ȝ vt rationē p̄cedat auctoritas.

Qꝛ nō fieri possit vt seipsū q̄ deum diligit/non diligat: et vt null⁹ certior gradus ad amorez dei fieri posse credatur/q̄ȝ hoīs erga hominē charitas: ideo alterꝫ p̄ceptū datū ē de dilectione pximi/ quod p apostoli dicta latius explanatur:

Ed cetera videam⁹: (Ca.XXVI. A
s videtur cm̄ de hoīe ipso. i. de ama/
tore ipso nihil actū: sed parꝫ diluci/
de q̄ hoc arbitratur intelligit: Nō cm̄ fieri
potest/vt seipsū q̄ deū diligit non diligat:
immo ꝟo solus se nouit diligere qui deuz
diligit. Siquidē ille se satis diligit/q̄ sedu/
lo agit/vt summo et vero pfruat bono: qδ
si nihil est aliud q̄ȝ deus/ sicut ea que dicta
sunt docuerūt: quis cunctari potest q̄n sese
amet qui amator ē dei? Quid īter ipsos ho
mies/nullū ne eē amorꝭ vīculū debet? Im/
mo ꝟo ita debet/vt nllus certior grad⁹ ad
amorē dei fieri posse credatur/q̄ȝ hoīs erga
hoīem charitas. Promat nobis ergo alterꝫ
p̄ceptū ipse dn̄s de vite p̄ceptꝭ interrogat⁹:
Nō cm̄ contētus fuit vno/ qui sciret aliud
deū esse/ aliud hominē: atq̄ȝ interesse tan/
tum quantū inter eum qui creauit/ ꝛ id qδ
ad creatoris similitudinē creatū ē. Dicit er
go secundū preceptū esse: Diliges pximuz Math.22.d.
tuū sicut teipsū. Te autē ipsum salubriter
diligis/ si plusq̄ȝ te diligis deum. Qδ ergo
agis tecū/id agendū cū pximo est: hoc est/
vt etiā ipse pfecto amore diligat deū. Non
cm̄ eū diligis tanq̄ȝ teipsū/si non ad id bo/
nū ad qδ ipse tēdis/ adducis: Illud est cm̄
vnū bonū qδ om̄ibus tecū tendētibus nō
fit angustū. Ex hoc p̄cepto nascūtur officia
societatis humane/ i quibus nō errare dif/
ficile est. Agēdū aūt imp̄mis ē vt beniuo/
li sim⁹: id ē vt nulla malicia/nullo dolo ma
lo aduersus hoīem vtamur. Quid cm̄ ho/
mini homine ppinquius? Accipite etiā q̄d Roma.13.c.
paul⁹ dicat: Dilectio inq̄t pximi malū non
operatur. Breuissimis vtor testimonijs: ꝟ
nisi fallor idoneis: e quib⁹ suscepte rei satis/
fiat: Nā quis ignorat q̄ȝ multa ꝛ quāti pō/
deris verba in illis libris de charitate pxi/
mi vsq̄ȝquaq̄ȝ diffusa sint? Sed cum duo/ B

bus modis peccet in homine: vno si ledatur: alio si cũ põt non adiuuetur: eaq; ipsa sint quibus mali hoies esse dicant: quorũ neutrũ q̃ diligit facit: satis opinor qd̃ volu
Roma.13.c. m⁹ demõstrat ista sentẽtia: Dilectio ꝓximi malũ nõ operat. Et si ad bona ꝑuenire nõ possum⁹ nisi mala oꝑari destiterimus: ista sunt q̃si cunabula charitatis dei q̃bus diligimus ꝓximũ: vt q̃ꝫ dilectio ꝓximi malũ non operat: hinc ad illud ascendam⁹ qd̃ di
Roma.8.c. ctũ ẽ: Scim⁹ q̃m diligẽtib⁹ deũ oia ꝓcedũt in bonum. Sed nescio quõ aut pariter ista in plenitudinẽ ꝑfectionẽq; consurgũt/ aut inchoat prius dei amor/ ꝛ prius ꝑficitur ꝓximi. Ad incipiendũ eñ citius nos fortasse in se diuina charitas rapit/ ſ facili⁹ ꝛ mi
Al. ꝛ minora perficimus nore ꝑficimur. Quoq̃ mõ autẽ se res habeat: illõ maxime tenendũ ẽ/ ne se quisq̃ credat cõtempto ꝓximo ad beatitudinẽ/ ꝛ ad deum quẽ diligit esse venturũ. Atq; vtinã vt facile est/ bñ instituto ꝛ benigno diligere ꝓximũ: ita facile esset/ vel consulere/ vel nihil nocere: Nõ eñ ad hec satis ẽ volũtas bona: sed op⁹ est magna quadã ratiõe atq; prudẽtia/ q̃ nemo vti põt/ nisi de⁹ ille fons oim bonorũ id tribuerit. De q̃ re quãtũ arbitror/ difficillima temptabim⁹ dicere pro suscepto opere pauca q̃dã: spem totã cõstituentes in eo/ cuius solius ista dona sunt.

Quibus officiis ꝛ beneficiis ꝓximi corpus diligendũ sit: et qua ratione sapiens q̃ ab omni miseria liber eẽ debet/ misericors dici possit: Ca.XXVII

Homo igit vt homini apparet/ anima rationalis est/ mortali atq; terreno vtẽs corpore. Partim ergo corpori/ partim ṽo animẽ ho
Al. ꝓximũ minis bñfacit qui ꝛ hoiem diligit. Ad corp⁹ qd̃ ꝑtinet/ medicina noiata est: ad aiam autẽ disciplina. Sz medicinã nũc voco/ quicquid omnino corpis vel tuet/ vel instaurat salutẽ. Ad hanc itaq; pertinẽt non ea tñ q̃ ars corꝝ exhibet/ qui ꝓprie medici nominãtur: sed etiã cibus ꝛ pot⁹/ tegmẽ ꝛ tectũ: defensio deniq; oñis atq; munitio/ q̃ nostrũ corpus aduersus etiã externos ict⁹ casusq; seruat: Nã ꝛ fames ꝛ sitis/ ꝛ frig⁹ ꝛ estus/ et quicq̃d extrinsec⁹ grauiter infligit/ salutẽ d̃ qua nũc agitur manere nõ sinũt. Quare illa oia/ quib⁹ huiuscemodi mal incõmodis
1. Retract. ca.7.c. ve resistit/ q̃ officiose atq; humaniter ꝓbẽt/ misericordes vocãtur: etiã si sapiẽtes vsq; adeo sint/ vt iã nullo animi dolore turbentur. Nã q̃s ignoret ex eo appellatã eẽ misericordiã/ qd̃ miserũ cor faciat cõdolescẽtis alieno malo? Et q̃s nõ ꝯcedat ab oñi miseria liberũ esse debere sapiẽtẽ? Sz cũ subuenit inopi: cũ esurienti cibũ ꝓstat/ potũq; sitienti: cũ ꝛ vestit nudũ: cũ peregrinũ tecto Al. ꝛ operit
recipit: cũ oppressũ liberat: cũ deniq; hũanitatẽ suã vsq; ad sepulturã porrigit mortuorũ: etiã si id faciat mẽte trãq̃lla/ nullis aculeis doloris instinct⁹/ sed adductus officio bonitatis: misericors tñ vocandus ẽ. Huic eñ nihil obest nomẽ cũ absit miseria. Stulti ṽo cũ miscdiam q̃si vitiũ deuitãt: q2 officio satis moueri nequeũt/ si nec ꝑturbatiõe cõmouẽtur: ꝯgelascũt poti⁹ rigore inhumanitatis/ q̃ȝ rationis tranq̃llitate serenãtur. Itaq; multo prudẽtius etiã de⁹ ipse misericors dicit: qui quemadmodũ dicatur/ restat intelligere his q̃ sese idoneos religione studioq; ꝓstiterint: ne cũ ṽbis doctorꝫ inepte vtimur/ indoctorũ aias ꝑus durescere vitãdo misericordiã/ q̃ȝ benignitatẽ appetẽdo mitescere faciamus: Atq; vt miscdia iubet/ ista nos ab hoie pellere incõmoda: sic innocentia ꝓhibet inferre.

Qualiter ꝑ disciplinã que in coertionẽ et instructionẽ distribuit/ ꝓximi anima diligenda sit: ꝛ quibus noui ꝛ veteris testamenti auctoritatibus duo hec/ scȝ dilectio dei ꝛ ꝓximi explicetur/ contra manicheos disseritur: Ca.XXVIII.

Quod aũt attinet ad disciplinã per quã ipsi aio ꝛ sanitas instaurat: q̃ si Al. ꝛ aio sitas
abfit/ nihil ad depellẽdas miserias salus illa corpis valet: difficillima oino res est. Atq; vt in corpe dicebamus/ aliud esse morbos et vulnera curare: qd̃ pauci hoies bñ facere possunt: aliud autẽ famẽ sitimq; sopire: ꝛ cetera in quib⁹ subuenire hominẽ homini vulgo passimq; ꝯcedit: Sic in animo sunt quedã in quib⁹ excellẽtia illa ꝛ rara magisteria non admodũ desiderãtur: vt cũ hortamur ꝛ monemus/ vt hec ipsa indigẽtibus exhibeãtur/ q̃ corpi exhibẽda esse diximus. Cũ eñ hec facim⁹/ ope corpi: cũ aũt docemus vt fiãt/ disciplina aio subuenim⁹. Sũt ṽo alia q̃bus multimodi varijq; morbi animorꝫ/ magna quadã et prorsus ineffabili ratiõe sanant: Que medicina nisi diuinitus populis mitteret/ nulla spes salutẽ

Ar.† progressione. esset / tā imoderata trāsgressiōe peccātib⁹:
Quę et illa corporis / si alti⁹ rerū originem
repetas / non inuenitur vnde ad homines
manare potuerit / nisi a deo: cui rerum om-
B nium status salusq; tribuenda est. Hec ta-
men disciplina de qua nunc agimus / quę
animi medicina est / quātum scripturis ip-
sis diuinis colligi licet / in duo distribui-
tur: coertionē / et instructionē. Coertio timo-
re / instructio vo amore pficit: eius dico cui
p disciplinā subuenitur: Nā q̄ subuenit / ni-
hil hor duor habet / nisi amare. In his du
ob⁹ deus ipse / cui⁹ bonitate atq; clementia
fit omino vt aliqd sim⁹: duob⁹ testamētis /
vetere et nouo disciplinę nobis regulā de-
dit. Quā eni vtrūq; in vtroq; sit: preualet
tn̄ in vetere timor / amor in nouo. Quę ibi
seruit⁹ / hic libertas ab aplis pdicatur. De
quor testamentorū admirabili quodā or-
dine diuinoq; concētu / longissimū est dice
re: et multi religiosi doctiq; dixerunt. Mul-
tos libros res ista flagitat / vt merito quā-
tum ab homine potest explicari / et pdicari
queat. Qui ergo diligit primum / agit q̄n-
tū potest vt sanus corpore sanusq; animo
sit: Sed cura corpis ad sanitatē animi re-
ferenda est. Agit ergo his gradibus qd ad
animū pertinet / vt pmo timeat / deinde di-
ligat deum. Ibi mores sunt optimi / p quos
nobis etiā ipa puenit (ad quā oi studio ra-
pimur) agnitio veritatis: Atq; in his duo-
bus conuenit mihi cū manicheis: id ē vt de-
um et proximū diligam⁹: sed hoc vetere te-
stamēto negāt contineri: In quo quantū
errent / satis vt opinor apparet ex his quas
C superius ptulimus d vtroq; sentētijs. Ve-
runtamē vt breue aliquid dicā: sed tale cui
Ar.† mire dementie. resistere sit mira demētia: Nōne animad-
uertunt hec ipsa duo quę laudare coguntur
q̄s opportunissime a domino in euange-
lio de vetere testamento esse prolata ne-
Deut. 6. a. gent: vbi scriptū est: Diliges dominū deū
Math. 22. d. tuum ex toto corde tuo / et ex tota aia tua /
Leuit. 19. d. et ex tota mente tua. Vel illud alterū: Dili
ges proximū tuū tāq; teipsum? Aut si hec
negare non audēt: premūtur eni luce veri-
tatis: illud negare audeāt / salubria esse ista
pręcepta: his mores optimos contineri:
Negēt si possunt / et dicāt nō oportere de-
um diligi: non oportere pximū diligi: neq;
Roma. 8. e. diligentibus deū omnia pcedere in bonū:
Roma. 13. c. neq; dilectionē proximi malū non opera-
ri: quibus duobus saluberrime atq; opti-
me humana vita disponit. Quę si dicunt
non solū illis cum christianis / sed ne cum
hominibus quidē ratio est. Si hec dicere
nō audēt / coguntur q; cōfiteri esse diuina: qd
eos libros / vbi ista pcepta sūt / impietate ne-
faria lacessere atq; improbare nō desinūt?
An illud dicturi sunt: nō esse consequēs / vt
omnia ibi bona sint / vbi hec inuenire po-
tuimus? Nā hoc solēt dicere. Cui ego ter-
giuersationi quid respondeā / et quēadmo-
dum occurrā / non facile video. Discutiā ne
verba singula veteris testamēti: et hic sū-
mā cū euangelio esse concordiā peruicaci-
bus indoctisq; demonstrem? Sed qn̄ istud
erit? Quādo aut ego sufficiā / aut ipsi pati-
ent? Quid ergo faciā? Deserā ne causam: et
eos in sentētia q̄uis improba et falsa / tamē
difficili ad dissoluēdū delitescere sinā? Nō
faciam: Aderit ē primo deus ipse / cui⁹ illa
pcepta sunt: nec me in tātis angustijs ino
pem ac desertum esse patietur.

Contra manicheos: qui nōnulla etiam ex nouo testamento contra ipsos pcepta i eodē / a christo nō esse dicta / audent late disputare:

Vamobrē adestote (Ca. XXIX. A
q ais manichei: si q̄ forte illa supsti-
tione ita tenemini / vt euadere ali-
qn̄ possitis. Adestote inquā / et sine ptinacia
sine studio resistēdi: nāq; aliter vobis pni-
ciosissimū ē iudicare. Certe eni nemini du-
biū ē: nec auersi vos ita estis a do / vt nō in-
telligatis: diligere deū et proximū / bonū
esse: quod negare nemo pōtest: quicqd in
his duobus pceptis pendet / vituperari iu
re non posse. Quid ergo in his pendeat / ri-
diculū est si a me quęrendū esse putas: ipsū
christū audi: Audi inquā christū: audi dei
sapientiā: In his inquit duobus pceptis / Math. 22. d.
tota lex pendet et omēs pphetę. Quid hoc
loco potest dicere impudētissima pertina-
cia? Nō hoc christū dixisse? At i euangelio
verba eius ista cōscripta sunt: Falsum esse
scriptū / quid hoc sacrilegio magis impiū
reperiri potest? Quid ista voce impudēti-
us? quid audaci⁹? quid sceleratius? Simu-
lacrorū cultores qui christi etiā nomē ode-
runt / nunq̄ hoc aduersus scripturas illas
ausi sunt dicere. Consequetur nāq; omniū
litterarū summa puersio / et omniū qui me-
morię mandati sunt librorū abolitio: si qd

tanta populorũ religione roboratũ ẽ/tan/
ta hominũ et temporũ consensione firma/
tum/in hanc dubitationẽ adducitur: vt ne
historię quidẽ vulgaris fidẽ possit grauita
B tẽq3 obtinere. Postremo quid de scṗturis
vllis ꝓferre poteris: vbi mihi vti hac voce
Al. rationẽ intentionẽq3 nõ liceat/si ꝯtra meã †ratiocinationẽ ꝓfera/
tur? Illud ꝟo q̃s ferre possit/q nos notissi/
mis ac iã in manibus omniũ libris ꝯstitu/
Al. ꝗque tis credere vetãt: ⁊ his † quos ipsa ꝓferũt/
imperãt vt credamus? Si de scṗtura dubi/
tandũ est/ de qua magis q̃ quę diffamari
non meruit: quę vere potuit sub nomine
Al. † ista alio tota mentiri? At si † istam obdis inui/
Al. discis ab Al. † cogeris to: et auctoritatis exaggeratione †cogis in
Al. † finem † fidẽ: ego ne de illa quã constanter latissi/
meq3 diuulgatã video / ⁊ ecclesiarũ per to/
tum orbem dispersaꝝ contestatione firma/
tam/ dubitabo miser: et qȯ est miserius te
auctore dubitabo: cuȝ si exẽplaria ꝓferres
altera/ tenere nõ deberem nisi ea quę plu/
rium consensione commendarẽtur? Nunc
vero nihil te proferente quod cõferas/ꝑter
inanissimã vocẽ temeritatisq3 plenissimã:
putabis vsq3adeo genus humanũ esse ꝑ/
uersum / et diuinę ꝓuidentię ope desertũ:
vt illis scṗturis non a te ꝓlatis / alijs qb⁹
redarguantur/ꝗ tua tñ ꝟba ꝑponat. Pro/
ferẽdus est nãq3 tibi alius codex eadẽ con/
tinẽs: sed tñ incorruptus ⁊ verior/ vbi sola
desint ea q̃ hic immissa esse criminaris: Ut
si verbi causa/pauli epistolã quę ad roma/
nos scripta ẽ/corruptã esse ꝯtẽdis: aliã ꝓfe/
ras incorruptã: vel aliũ codicẽ poti⁹/ ĩ quo
eiusdẽ apostoli eadẽ epistola sincęra et in/
corrupta cõscṗta sit. Nõ faciã inq̃s/ ne ipse
corrupisse credar. Hoc eñ soletis dicere: et
veꝝ dicitis: nihil ꝓrsus aliud suspicabunt
vel mediocrit cordati hoies/ si hoc feceritꝭ.
Uide ergo tuipse quid de auctoritate tua
iudicaueris: ⁊ intellige vtꝝ tuis ꝟbis con/
tra illas scripturas credere debeant/ si co/
dici ob hoc solũ qȯ abs te ꝓfert/magnę te/
meritatis ẽ credere.

Quid ecclesia catholica mater christianorum verissima/ filios suos cuiuscunq3 gradus/ ętatis/aut sexus edoceat: Ca.XXX.

A Sed quid hinc plura? Quis eñ nõ
f videat eos qui ꝯtra scṗturas chri/
stianas hęc audent dicere/ vt illud
nõ sint qȯ hoies suspicant: certe tamen nõ
esse christianos? Nã christianis hęc † dicta Al. tradita
est forma viuendi/ vt diligamus dñm deũ Deut. 6.a.
nostrũ ex toto corde/et ex tota anima/et ex
tota mente: deinde ꝓximũ nostrum tanq̃
nosmetipsos. In his eñ duob⁹ pręceptis Matth. 22.d.
tota lex pẽdet ⁊ omnes ꝓphetę. Merito ec
clesia catholica mater christianorũ verissi/
ma/nõ solũ ipsum deũ/ cuius adeptio vita
est beatissima/purissime atq3 castissime co/
lẽdũ ꝑdicat: nullã nobis adorandã creatu/
rã inducẽs/cui seruire iubeamur: et ab illa
incorrupta ⁊ inuiolabili ęternitate/cui soli
hõ subijciẽdus ẽ: cui soli rõnalis aia cohę/
rendo nõ misera ẽ/excludẽs oẽ qȯ factũ est/
qȯ obnoxiũ cõmutatiõi/qȯ sbditũ tpi: ne
q3 confundẽs qȯ ęternitas/ qȯ veritas/qȯ
deniq3 pax ipsa distinguit. Nec rursũ sepa/
ras qȯ maiestas vna ꝯiũgit: sed etiã ꝓximi
dilectionẽ atq3 charitatẽ ita cõplecteris/vt
varioꝝ morboꝝ quib⁹ ꝓ peccatis suis ani/
mę egrotãt: oĩs apud te medicina ꝑpol/
leat. Tu pueriliter pueros fortit iuuenesq3 B
⁊ senes/ ꝓut cuiusq3 nõ corpis tñ / ꝗ animi
ętas ẽ/ exerces et doces: Tu fęminas viris
suis non ad explendã libidinẽ/sed ad ꝓpa/
gandã ꝓlẽ/ ⁊ ad rei familiaris societatẽ ca/
sta ⁊ fideli obediẽtia sbijcis: Tu viros ꝯiu/
gibus nõ ad † indulgẽdũ imbecilliorẽ sexũ/ Al. illudendũ
sed sincęri amoris legib⁹ ꝑficis: Tu paren/
tib⁹ filios libera quadã seruitute subiũgis:
parentes filijs pia dominatiõe pręponis:
Tu fratrib⁹ frẽs religiõis vinculo firmiore
atq3 artiore q̃ sanguinis nectis: Tu omnẽ
generis ꝓpinquitatẽ et affinitatis necessi/
tudinẽ/ seruatis naturę volũtatisq3 nexib⁹
mutua charitate ꝯstringꝭ: Tu dominis ser/
uos non tã cõditionis necessitate q̃ officij
delectatiõe doces adhęrere: Tu dominos
seruis summi dei/scilicet cõmunis dñi con/
sideratione placabiles ⁊ ad consulendũ q̃
coercendũ ꝓpensiores facis: Tu ciues ciui/ E
bus/gentes gẽtibus/⁊ ꝓrsus hominib⁹ ho/
mines primoꝝ parentũ recordatione: non
societate tñ/sed quadã etiam fraternitate
coniungis. Doces reges ꝓspicere populis:
mones populos se subdere regib⁹. Quib⁹
honor debeatur/quibus affect⁹/quib⁹ reue
rentia/quib⁹ timor/quib⁹ consolatio/ qui/
bus admonitio/quib⁹ cohortatio/ qb⁹ disci
plina/qb⁹ obiurgatio/qb⁹ suppliciũ sedulo
doces: ostẽdẽs quẽadmodũ ⁊ nõ oĩb⁹ oĩa
et oĩbus charitas/et nulli debet iniuria.

¶ Jam vero cũ hec hũana dilectio inherẽtẽ
1. Retract. ca. 7. f. vberib⁹ tuis nutriuerit ꝛ roborauerit ani
mũ/ſequẽdo deũ factus idone⁹: vbi ei⁹ ma
ieſtas ex tanta parte quãta homini/ dũ ter
re huiꝰ inhabitator eſt ſufficit/ aperire ſe ce
perit: tantus charitatis ardor innaſcitur: ꝛ
tantũ diuini amoris cõſurgit incendiũ: vt
exuſtis omnib⁹ vitijs/ ꝛ hoie purgato atꝙ
ſanctificato/ ſatis appareat ꝙ diuīe dictũ ſit:
Deut. 4. d. Heb. 12. g. Ego ſũ ignis cõſumẽs: Et/ Jgnẽ veni mit
Luce. 12. f. tere in mundũ. Que due voces vni⁹ dei in
duobus teſtamẽtis ſignate: ſanctificationẽ
aie ꝯcordi atteſtatione declarãt: vt fiat ali
qñ illud qđ itẽ in nouã ſcripturã de veteri
1. Cor. 15. g. aſſumptũ ẽ: Abſorpta ẽ mors in victoria.
Vbi ẽ mors aculeꝰ tuus? Vbi ẽ mors ꝯten
tio tua? Qđ vnuȝ iſti heretici intelligere ſi
valerẽt: nuſꝙ ꝑfecto deũ niſi apud te atꝙ i
tuo gremio minime ſupbi/ et bene pacati
venerarent̄. Merito apud te diuina prece
pta late diffuſeꝙ ſeruant̄. Merito apud te
bñ itelligit̄/ ꝙ ſit grauiꝰ cognita/ ꝙ incogni
ta lege peccare. Aculeus eñ mortis pecca
tũ/ virtꝰ aũt peccati lex: ꝙ grauiꝰ feriat ꝛ in
terimat contẽpti ꝑcepti ꝯſcientiã. Merito
apud te viſũ ẽ/ ꝙ ſit ſub lege opatio vana:
cũ libido animũ vaſtat: et cohibetur pene
metu/ nõ amore ꝟtutis obruitur. Merito
tibi tã multi hoſpitales/ multi officioſi/ mul
ti miſericordes/ multi docti/ mlti caſti/ mul
ti ſancti/ multi vſꝙadeo dei amore flagrã
tes: vt eos in ſũma ꝯtinẽtia atꝙ mũdi huiꝰ
incredibili ꝯtemptu etiã ſolitudo delectet.

Manicheos/ q̃ ſe inaniter de tẽperantia ꝛ ꝯtinẽtia iactãt/ ad chriſtianoꝝ ꝯtinẽtiã iuitat: quã mirã tñ i anachoretis/ heremitis/ ꝛ cenobitis cõmemorat: preſertim quomodo mõachi ꝛ femine viuant/ quantaue elemoſynã faciãt. Ca. XXXI.

A Quid eſt queſo quod vident/ q̃ non
poſſunt hominẽ non diligere: ꝛ ta
mẽ poſſũt hoiem nõ videre? Pro
fecto illud quicqđ eſt/ ꝑſtãtius ẽ rebꝰ huma
nis: cuius contẽplatione poteſt homo ſine
homine viuere. Jam eñ accipite manichei
ꝑfectoꝝ chriſtianoꝝ/ quibus ſumma caſti
tas non laudanda tñ/ ſed etiã capeſſenda
viſa eſt/ mores et continentiã ſingularẽ: ne
vos impudẽter iactare apud animos im
peritoꝝ quaſi difficillima reꝝ abſtinẽtia/ ſi
quid in vobis pudoris ẽ/ audeatis. Nec ea
dicã que vos ignoratis/ ſed que nobis oc
cultatis. Quis enim neſcit ſumme conti
nentium hominũ chriſtianorũ multitudi
nem per totuȝ orbem indies magis magiſ
ꝙ diffundi/ et in oriente maxime atꝙ egy
pto: quod vos nullo mõ poteſt latere: Ni
hil de his dicã quos pauloante cõmemo
raui: qui ſecretiſſimi penitus ab omni ho
minũ ꝯſpectu/ pane ſolo qui eis ꝑ certa in
terualla temporꝝ affert̄: ꝛ aqua contẽti/ de
ſertiſſimas terras incolũt: ꝑfruẽtes collo
quio dei/ cui puris mẽtibus inheſerunt: et
eius pulchritudinis ꝯtemplatione beatiſ
ſimi: que niſi ſanctoꝝ intellectu percipi nõ
põt. Nihil inꝙ de his loqr: videtur eñ nõ
nullis res humanas pluſꝙ oporteret deſe
ruiſſe: nõ intelligẽtibus quantũ nobis eo
ruȝ animus i orationibꝰ ꝓſit/ ꝛ vita ad ex
emplũ: quoꝝ corpora videre non ſinimur.
Sed hinc diſputare longũ ꝛ ſupuacaneum B
puto: Nã hoc tã excellens faſtigiũ ſctitatis/
cui non ſua ſponte mirandũ ꝛ honorandũ
videt̄: oratione noſtra videri qui poteſt?
Tñ iſti admonẽdi ſũt qui ſeſe inaniter ia
ctant/ intantũ ꝑceſſiſſe temperantiã ꝛ con
tinentiã ſanctiſſimorũ catholice fidei chri
ſtianorum/ vt reſtringẽda nõnullis/ ꝛ qua
ſi ad humanos fines reuocanda videatur.
Vſꝙadeo ſupra hoies illoꝝ animos eua
ſiſſe ab his etiã quibꝰ id diſplicet iudicat̄.
Sed ſi hoc excedit noſtrã tolerantiã/ quis
non illos miret̄ ꝛ ꝑdicet/ qui contẽptis at
ꝙ deſertis mũdi huiꝰ illecebris/ in cõmunẽ
vitã caſtiſſimã ſanctiſſimãꝙ cõgregati/ ſi
mul etatẽ agũt/ viuentes in orationibus/ i
lectionibus/ in diſputationibus: Nulla ſu
perbia tumidi: nulla peruicacia turbulẽti:
nulla inuidẽtia liuidi: ſed modeſti/ verecũ
di/ pacati: Cõcordiſſima vita ꝛ intẽtiſſima
in deũ/ gratiſſimũ munꝰ ipſi offerũt: a q̃ iſta
poſſe meruerunt. Nemo quicꝙ poſſidet ꝓ
priũ: nemo cuiꝙ oneroſus ẽ: Operant̄ ma
nibꝰ ea quibꝰ ꝛ corpus paſci poſſit: ꝛ a deo
mẽs impediri nõ poſſit. Opus aũt ſuũ tra
dũt eis quos decanos vocãt: eo q ſint de
nis ꝑpoſiti: vt neminẽ illorũ cura ſui corpo
ris tangat/ neꝙ in cibo/ neꝙ in veſtimẽto:
neꝙ ſi quid aliud opꝰ ẽ vel † quotidiane ne Al. † quotidiane neceſſitate
ceſſitati/ vel mutate vt aſſolet valitudini.
Jlli aũt decani cũ magna ſollicitudine oĩa
diſponẽtes: ꝛ preſto faciẽtes qcqđ illa vita
ꝓpter imbecillitatẽ corpis poſtulat: tradi

tionē tamen etiam ipsi reddūt vni/ quem patrem vocant. Hi vero patres: nō solum sanctissimi moribus/ sed etiam diuina doctrina excellentissimi/ omnibus rebus excelsi: nulla supbia ꝯsulunt his quos filios vocant/ magna sua in iubēdo auctoritate/ magna illoꝝ in obtēperando volūtate. Conueniunt aūt diei tempore extremo de suis quisq̄ habitaculis/ dū adhuc ieiuni sūt ad audiēdū illū patrē: ꝛ cōueniūt ad singulos patres terna vt minimū hoīm milia: Nam etiā multo nūerosiores sub vno agūt. Audiunt autē incredibili studio/ summo silentio affectiones animoꝝ suorū: ꝓut eos pepulerit differentꝰ oratio/ vel gemitu/ vel fletu/ vel modesto ꝛ omi clamore vacuo gaudiū significātes. C Corpꝰ deinde reficit̄ q̄ntū saluti ꝛ salubritati sat ē/ coercēte vnoquoq̄ ꝯcupiscentiā/ ne se ꝓfundat vel in eaipsa q̄ p̄sto sunt parca ꝛ vilissima. Ita non solū a carnibus et a vino abstinent ꝓ sufficientia domandaꝝ libidinū/ sed ab his etiā q̄ tanto concitatius ventris ꝛ gutturis ꝓuocant appetitum: quanto quasi mūdiora nonnullis videntur: quo nomine solet turpe desideriū exquisitoꝝ ciboꝝ/ quod a carnibꝰ alienū est/ ridicule turpiterq̄ defēdi. Sane q̄cq̄d necessario victui redūdat: nā redundat plurimū ex operibꝰ manuū: ꝛ epulaꝝ restrictione/ tanta cura egētibus distribuit̄/ q̄nta non ab ipsis qui distribuūt/ comparatū ē. Nullo mō nāq̄ satagūt vt hęc sibi abūdēt/ sed omni modo agūt/ vt non apud se remaneat qđ abundauerit: vsq̄adeo vt onerātas etiam naues in ea loca mittāt quę inopes incolunt. Non opus est plura de re notissima dicere. Hęc est etiam vita feminaꝝ deo sollicite casteq̄ seruiētiū: q̄ habitacul' segregatę ac remotę a viris q̄ lōgissime decet: pia tn̄ illis charitate iungunt̄ ꝛ imitatione virtutis: Ad quas iuuenū nullus accessus ē: Neq̄ ipsorū q̄uis grauissimoꝝ et ꝓbatissimoꝝ senū/ nisi vsq̄ ad vestibulum necessaria prębēdi quibus indigēt gratia. Lanificio nāq̄ corpꝰ exercēt atq̄ sustētāt: vestesq̄ ipsas fratribus tradūt: ab his inuicem quod victui opus est resumētes. Hos mores/ hanc vitā/ hunc ordinē/ hoc institutum si laudare velim/ neq̄ digne valeo: et vereor ne iudicare videar ꝑ se idipsum tn̄ mō expolitū placere nō posse/ si sup narratoris simplicitatē cothurnū etiā laudator' addendū putauero. Hęc manichei repēdite si potestis. Nolite cęcis hoīb' et discernere inualidis ostētare vestra çiçania.

Optimos ecclesię mores nō solum in iam dictis separatim viuētibus/ sed etiā in multis episcopis ꝛ ceteris ecclesiasticis ministris q̄ multitudini presunt inueniri: q̄uis et ibi optimū vitę modū tenere sit difficillimū: Ca. XXXII.

Nec tamē ita sese anguste habēt ecclesię catholicę mores optimi/ vt eoꝝ tn̄ vitā quos cōmemoraui arbitrer esse laudādos: Q̄ eñ multos ep̄os optimos viros/ sanctissimosq̄ cognoui: q̄ multos p̄sbyteros/ q̄ multos diacones/ et huiusmodi ministros diuinoꝝ sacramētorum: quoꝝ virtus eo mihi mirabilior ꝛ maiore prędicatione dignior videt̄/ quo difficiliꝰ est eā in multiplici hominū genere/ ꝛ i ista vita turbulentiore seruare. Non eñ sanatis magis q̄ sanādis hoīb' pręsūt. Perpetiēda sūt vitia mltitudinis vt curētur: et priꝰ toleranda quę sananda est pestilētia. Difficillimū est hic tenere optimū vitę modum ꝛ animū pacatum atq̄ tranquillum. Quippe vt breuiter explicem: hi agunt vbi viuere discitur: illi vbi viuitur.

Mores eoꝝ q̄ in ciuitatibꝰ degūt christianorū/ a vulgari vita remotissimi cōmemorāt: ꝛ quāta faciāt ieiunia etiā triduana ꝛc. q̄ oīa ad finē charitatis redigūt. Ca. XXXIII.

Nec ideo tn̄ laudabile christianorū genus ꝯtēpserim/ eorū scilicet qui i ciuitatibus degunt/ a vulgari vita remotissimi. Uidi ergo diuersoꝝ sanctorū mediolani/ non paucorū hominū/ quibus vnus presbyter pręerat vir optimus ꝛ doctissimus. Romę etiā †plura cognoui/ i quibus singuli grauitate atq̄ prudētia/ ꝛ diuina sciētia p̄pollētes/ ceteris secū habitantibꝰ p̄sunt/ christiana charitate/ sctitate ꝛ libertate viuētibꝰ: Neq̄ ipsi quidē cuiq̄ onerosi sunt/ sꝫ oriētis more ꝛ pauli apli auctoritate manibus suis se transigūt. Ieiunia etiā ꝓrsus incredibilia multos exercere didici: nō quotidie semel sub noctē reficiēdo corpus: qđ est vsq̄quaq̄ vsitatissimū: sed ꝯtinuū triduū vel amplius sępissime sine cibo ac potu ducere. Neq̄ hoc i viris tn̄/ sed etiam in feminis: Quibꝰ itē multis viduis ꝛ Al. † plures.

ɔginib⁹ simul habitātib⁹/ ꝛ lana ac tela vi/
ctū queritantib⁹/ ꝑsunt singulę grauissimę
pbatissimęq;: non tm̄ in instituendis cōpo
nendisq; morib⁹/ sed etiā in instruendis mē
tib⁹ perite ac parate: Atq; inter hęc nemo
vrgetur i aspera q̄ ferre non pōt. Nulli qđ
recusat imponitur: nec ideo condemnatur
a cęteris/ q̄ in eis imitādis se fatet̄ inuali/
dam: Meminerunt em̄ quanto opere scri/
pturis omnibus cōmendata sit charitas:
Titum.1.d. Meminerunt/ oīa mūda mundis: ꝛ non
Matth.15.b. qđ intrat in os vestrū vos coinquinat/ sed
quod exit. Itaq; nō reijciēdis generibus ci
borū quasi pollutis/ sed concupiscētię per/
domandę/ et dilectioni fratrū retinēdę in/
1. Cor.6.c. uigilāt omi industria. Meminert/ Esca vē
tri/ ꝛ venter escis: deus autē ꝛ hunc et illas
1. Cor.8.c. destruet. Et alibi: Neq; si manducauerim⁹
abūdabimus: neq; si nō māducauerimus/
Roma.14.d. egebimus. Et illud ꝑ cęteris: Bonū ē fra/
tres non māducare carnes/ neq; bibere vi/
nū/ neq; in quo frater tu⁹ offendit̄: Hic em̄
ostendit q̄ sint ad finē charitatis hęc oīa
Roma.14.a. redigenda. Alius em̄ credit māducare om/
nia: qui autē infirmus ē/ olus inquit mādu
cet: Qui māducat/ nō māducantē nō sper/
nat: et q̄ non manducat/ manducatē nō iu/
dicet: deus em̄ illū assumit. Tu q̄s es q̄ iu/
dices alienum seruū? Suo dn̄o stat aut ca/
dit: stabit autē: potens est em̄ deus statue/
Ibidem. re eū. Et paulopost: Qui māducat/ domi/
no manducat: et gratias agit deo: Et q̄ nō
manducat/ dn̄o non manducat/ et gratias
agit deo. Et itē in ɔsequētib⁹: Itaq; vnus/
quisq; nostrū ꝑ se rationē reddet. Non er/
go amplius iudicemus inuicē/ sed hoc iudi
cate magis/ ne ponatis offensionem fratri
vel scandalū. Scio ꝛ confido in domino ie
su: quia nihil cōmune ꝑ ipsum/ nisi ei q̄ exi/
B stimat qđ cōmune esse illi cōmune est. Po/
tuit ne magis ostendere nō in ipsis rebus
quib⁹ vescimur/ sed in animo esse vim quā/
dam quę ad eum valeat maculādū? Et ꝑ/
pterea his etiā qui ad hęc contemnēda sūt
idonei: certoq; sciunt non se pollui/ si quid
ciboꝝ sine turpi cupiditate altitudine mē/
Al. ꝛ intuēdā tis assumpserint: charitatē tamē esse ꝛ intē
Ibi.8. dendā: vide quid sequatur: Nam si ꝑpter
escā frater tuus ɔtristatur: iā non sm̄ chari
tatē ambulas. Lege cętera: Nam lōgū est
omnia interponere: ꝛ inuenies ꝑceptū his
qui pn̄t ista ɔtemnere: id ē firmiorib⁹ et se/
curiorib⁹. Ideo tn̄ esse tēperandū/ ne offen/
dantur illi quib⁹ adhuc ꝑ sua imbecillitate
huiuscemodi op⁹ est tēperantia. Hęc illi de
quibus agebā norunt, ꝛ tenent: Christiani
sunt em̄/ nō heretici: intelligūt scp̄turas sm̄
apostolicā disciplinā: nō sm̄ supbū ꝛ cōmē
ticiū nomen apl̄atus: Nō manducātē ne/
mo spernit: māducātē nemo iudicat: Qui
infirm⁹ ē/ olus māducet. Multi tn̄ firmi ꝑ/
pter infirmos idē faciūt: multis nō est cau
sa ista faciendi: sed q̄ viliore victu viuere
placet/ minimeq; sūptuoso corpis sustēta/
culo ętatē trāqllissimā ducere: Oīa em̄ mi/ 1. Cor.6.c.
hi licita sunt inqt/ s; ego nō redigar sub po
testate vllius. Ita multi neq; vescuntur C
carnibus: neq; tamē eas immūdas super/
stitiose putāt: Itaq; ijdē ipsi qui salui tē/
perāt/ si ratio valitudinis cogat/ ęgroti si/
ne vlla formidine accipiūt. Multi vinum
non bibunt: nec tamē eo se coinquinari ar
bitrātur: Nā et quibusdā languidiorib⁹ et
prorsus omnibus/ qui sine illo nequeūt sa/
lutem corporis obtinere/ humanissime ac
modestissime pręberi faciunt: Et stulte nō/
nullos recusantes fraterne admonent/ ne
vana sup̄stitione debiliores citius q̄ san/
ctiores fiant. Legunt eis apostolū discipu
lo pręcipientē: vt aliquātū vini sumat/ ꝑ/ 1. timoth.5.d.
pter frequentes infirmitates suas. Ita pi/
etatem sedulo exercent. Corporis vero ex/ 1. timoth.4.b
ercitationē vt ait idē apostolus/ ad exigu/
um tempus pertinere nouerunt. Continēt
se igitur hi qui possunt: qui tamē sūt innu/
merabiles/ et a carnibus/ ꝛ a vino duas ob
causas: vel ꝑpter fratruꝫ imbecillitatē: vel
propter suaꝫ libertatē. Charitas pręcipue
custoditur/ charitati victus/ charitati ser/
mo/ charitati habit⁹/ charitati vult⁹ apta/
tur: coitur in vnā/ conspiraturq; charitatē:
hanc violare tanq̄ deū/ nefas ducit̄: Huic
si quis resistit/ expugnat̄ atq; ꝛ euitat̄: Hāc Al. reijcit
si quis offendit/ vno die durare nō sinitur.
Sciunt hanc ita cōmendatā esse a christo
ꝛ apostolꝭ: vt si hęc vna absit/ inania: si hęc
assit/ plena sint omnia.

Manicheos monet vt mores su/os si possint/ optimis ecclesię com/parent: nō aūt malos/ quoꝝ multi etiā ī ecclesia reperiunt/ attēdant: ecclesię maledicere desināt: sꝫ ma/gis se/ qꝫ magna ex pte q̄ simulant nō seruēt/ considerēt. Ca.XXXIIII

A
Stis manichei ſi poteſtis obſiſtite:
I istos inuenimini: iſtos ſine mēdacio ſi
audetis ⁊ cū ꝯtumelia nolate: iſtoꝝ
ieiunijs vr̄a ieiunia/ caſtitati caſtitatē/ ve-
ſtitū veſtitui/ epulas epulis/ modeſtiā mode
ſtię/ charitatē deniq̃ charitati: ⁊ qđ res ma
xime poſtulat/ p̄ceptis p̄cepta ꝑferte. Iā vi-
debitis qđ inter oſtētationē ⁊ ſinceritatē/ in-
ter viā rectā ⁊ errorē/ īter fidē atq̃ fallaciā/
īter robur et furorē/ inter beatitatē ⁊ miſeriā/
īter vnitatē et cōſciſſionē: poſtremo qđ inter
ſupſtitionis ſirenas ⁊ portū religionis in-
terſit. Nolite mihi colligere ꝓfeſſores nois
chriſtiani: neq̃ ꝓfeſſionis ſuę vim aut ſciē-
tes aut exhibētes. Nolite cōſectari turbas
impitoꝝ/ q̄ vel ī ipſa vera religione ſupſtiti
oſi ſunt: vel ita libidinibus dediti/ vt obliti
ſint qđ ꝓmiſerit deo. Noui mltos eē ſepul-
chroꝝ ⁊ picturaꝝ adoratores. Noui mltos
q̄ cū luxurioſiſſime ſup mortuos bibant et
epulas cadaueribꝰ exhibētes/ ſup ſepultos
ſeipſos ſepeliāt: ⁊ voracitates/ ebrietateſq̃
ſuas deputēt religioni. Noui multos eſſe
qui renūciauerūt verbis huic ſeculo: ⁊ ſe om
nibus huiꝰ ſeculi molibꝰ opprimi velint/ op
B preſſiq̃ letētur. Nec mirū ē in tāta copia po
puloꝝ/ ꝗ nō vobis deſunt quoꝝ vita vitu-
perata decipiatis incautos/ ⁊ a catholica ſa
lute auertatis/ cū in vr̄a paucitate magnas
patiamini anguſtias: dū a vobis exigit vel
vnꝰ ex his q̄s electos vocatis/ q̄ p̄cepta illa
ipſa cuſtodiat/ q̄ irrationabili ſupſtitione de-
fēditis. Sȝ ⁊ illa q̄ vana ſint/ q̄ noxia/ q̄ ſa
crilega: ⁊ quēadmodū a magna parte ve-
ſtrū/ atq̃ adeo pene ab oībꝰ vobis nō obſer
uēt/ alio volumine oñdere iſtitui. Nūc vos
illđ admoneo: vt aliqñ eccl'ię catholicę ma
ledicere deſinatis/ vituperādo mores ho-
minū/ quos ⁊ ipſa condēnat: et quos quo-
tidie tanq̄ malos filios corrigere ſtudet.
voluntatis est pręscius. Non igitur ꝑ eius
pręscientiam mihi potestas adimitur: quę
propterea mihi certior aderit/ quia ille cu-
ius pręscientia non fallitur/ affuturam mi-
hi esse pręsciuit. Euo. Ecce iam non nego
ita necesse esse fieri quęcunq pręsciuit de-
us: et ita eum peccata nostra pręscire/ vt ma-
neat tamen nobis voluntas libera/ atq in
nostra posita potestate.

Qr non aduersentur/ prescien-
tia dei/ et nostrum liberum arbi-
trium: quoniam deus neminem
ad peccandum cogit: preuidet au-
tem eos qui propria volũtate pec
cabunt: quos et iuste iudicabit:

q Uid ergo te (Ca. IIII. Aug.
mouet? An forte oblitus quid pri
ma nostra disputatio peręgit/ ne-
gabis nullo cogente/ aut superiore/ aut in-
feriore/ aut ęquali: sed ea nos volũtate pec
care? Euo. Nihil horum prorsus audeo ne-
gare. Sed tamẽ fateor/ nondũ video quo-
modo sibi non aduersentur hęc duo: pręsci
entia dei de peccatis nostris/ et nostrum in
peccando liberum arbitriũ: Nam et iustum
deum necesse est fateamur et pręsciũ. Sed
scire vellem/ qua iusticia puniat peccata/
quę necesse est fieri: Aut quomodo non sit
necesse fieri/ quę futura esse pręsciuit: Aut
quomodo non creatori deputádũ ẽ/ quic-
quid in eius creatura fieri necesse ẽ. Aug.
Unde tibi videtur aduersũ esse liberũ ar-
bitrium nostrũ pręscientię dei: Quia pręsci-
entia est: an quia dei pręscientia est? Euo.
Quia dei potius. Aug. Quid ergo/ si tu
pręscires peccaturũ esse aliquem/ non esset
necesse vt peccaret? Euo. Immo necesse
esset vt peccaret: Non enĩ aliter esset pręsci
entia mea nisi certa pręscirẽ. Aug. Nõ igi-
tur quia dei pręscientia est/ necesse est fieri
quę pręscierit/ sed tantũmodo quia pręscientia

est: Que si non certa prenoscit/ vtiqꝫ nul-
la est. Euo. Consentio: Sed quorsū ista?
Aug⁹. Quia nisi fallor/ non continuo tu
peccare cogeres quem peccaturū esse pre-
scires. Neqꝫ ipsa prescientia tua peccare eū
cogeret: quis sine dubio peccaturus esset:
Nō eñ aliter id futurum esse prescires. Si-
cut itaqꝫ non sibi aduersant hec duo/ vt tu
pscientia tua noueris quod alius sua volū-
tate facturus est: ita deus neminē ad pec-
candum cogens/ preuidet tamen eos qui
ppria voluntate peccabunt. Cur ergo nō
Al. t vindicet t iudicet iustus/ que fieri non cogit pscius?
Sicut eñ memoria tua nō cogis facta esse
que preterierūt: sic deus prescientia sua nō
cogit facienda que futura sunt. Et sicut tu
quedā que fecisti meministi/ nec tamē que
meministi oīa fecisti: ita deus oīa quo-
rum ipse auctor est prescit: nec tamen om-
niū que prescit ipse auctor est. Quoꝝ autē
nō est malus auctor/ iustus ē vltor. Hinc er-
go iam intellige/ q̄ iusticia de⁹ pctā puniat:
q̄ que nouit futura nō facit: nā si ppterea
nō debet retribuere suppliciū peccantib⁹/
q̄ puidet peccaturos: nec recte facientibus
debet pmia retribuere/ q̄ ꝛ recte facturos
nihilomin⁹ puidet: Immo vo fateamur et
ad prescientiā eius ptinere/ ne qd eū lateat fu-
turorū: ꝛ ad iusticiā/ vt pctm q̄ voluntate
cōmittit: ita iudicio eius impune non fiat/
sicut pscientia non cogit fieri.

Q animę etiam peccatis sordi-
date/ meliores sint omni corpore/
etiam luce visibili: nec dicendum
melius fuisse vt non essent: nec ali
ter fieri debuisse: quicquid etiam
vera ratiōe melius occurrit/ deus
fecit: nec eas quas in peccandi vo
luntate mānsuras presciuit/ minus
curare debuit: Ca. v.

A Am illō quod tertio loco posuisti:
quomodo nō creatori deputandū
sit/ quicqd in eius creatura fieri ne-
cesse ē: regula illa pietatis facile nō immo-
uebit: quā meminisse nos conuenit/ grati-
arumactiōes nos debere creatori nostro.
Cuius pfecto largissima bonitas iustissi-
me laudaret/ etiam si aliquo inferiore cre-
aturę gradu nos cōdidisset. Quis eñ ani-
ma nostra peccatis tabefacta sit: sublimior
est tamen ꝛ melior q̄ si in hanc lucē visibi-
lem verteret. Et vides pfecto de huius lu-
cis eminentia/ quantū laudent animę deū
etiā corpis sensibus deditę. Quapropter
non te iam moueat/ q̄ vituperantur ani-
mę peccatrices: vt dicas in corde tuo/ meli-
us fuisse si non essent: In sui eñ compara-
tione vituperant dū cogitat q̄les essent si
peccare noluissent. Institutor tñ earū de⁹
pclarissime p humana facultate laudādus
est: nō solū qm̄ peccātes eas iuste ordinat/
sed etiā q̄ tales instituit/ vt etiaꝫ peccatis
sordidatę/ nullo modo lucis corporalis di-
gnitate superent: de q̄ tñ iure laudat. Illō B
qꝫ moneo caueas/ ne forte non dicas qdē
meli⁹ fuisse vt nō essent/ sed dicas aliter fi-
eri eas debuisse. Quicquid eñ tibi vera ra
tione melius occurrerit: scias fecisse deum
tanq̄ bonoꝝ omniū conditorē. Non ē au-
tē vera ratio/ sed inuida infirmitas/ cū ali-
quid melius faciendū fuisse cogitaueris: iā
nihil aliud inferius velle fieri: tanq̄ si per-
specto cęlo/ nolles terrā factā eēt vnq̄ om Al. t nunque
nino. Recte eñ reprehēderes/ si ptermisso
cęlo/ terram factā videres: quoniā diceres
ita eam fieri debuisse/ sicuti posses cogita-
re cęlū. Cum ergo etiā illud ad cuius speci-
em volebas terram pducere/ factum esse p-
spiceres: non autem hoc terrā/ sed cęlū vo-
cari: credo q̄ re meliore non fraudat⁹ vt in-
ferior quoqꝫ aliqua fieret/ et terra esset/ ne-
quaq̄ inuidere deberes. In qua terra rur-
sus sm̄ partes eius tanta ē varietas/ vt ni-
hil quod ad terrę ptinet speciē cogitāti oc-
currat/ qō non in tota eius mole deus om
niū conditor fecerit. Nāqꝫ a terra feracissi-
ma ꝛ amęnissima vsqꝫ ad salsissimā et infę-
cundissimā ita gradatim p medias perue-
nitur/ vt nullā reprehēdere audeas/ nisi in
compatiōe melioris. Atqꝫ ita p oīes gra-
dus laudis ascendas/ vt qō summū genus
terrę inueneris/ t cęlū tñ esse nolis. Iā vo Al. t nolis
inter totā terrā et cęlū quāta distantia est:
Interponunt eñ humida flabilisqꝫ natu-
ra: Atqꝫ ex his q̄ttuor elementis/ alię innu
merabiles nobis/ numeratę autē deo rerū
species formęqꝫ variant. Potest ḡ esse ali- C
quid in reꝝ natura/ quod tua ratione non
cogitas: Non esse autem quod vera rati-
one cogitas/ nō potest. Neqꝫ eñ tu potes
aliquid melius in creatura cogitare/ quod
creaturę artificē fugerit. Humana quippe
anima naturaliter diuinis ex quibus pen-
det connexa rationibus/ cum dicit: melius

hoc fieret ꝙ̃ illud: si verũ dicit ⁊ videt qđ
dicit/in illis quibus connexa ẽ rationibus
videt. Credat ergo deum fecisse/quod ve/
ra ratione ab eo faciendum fuisse cogno/
uit:etiam si hoc in rebus factis non videt.
Quia etiam si celũ oculis videre nõ pos/
set: ⁊ tamen ratione vera tale aliquid faci/
endum fuisse colligeret: credere debuit fa/
ctum esse/ꝙ̃uis id oculis nõ videret: Non
eñ cogitatione videret fuisse faciendũ/ ni/
si in his rationibus quibus facta sunt om/
nia. Quod autẽ ibi non est/tam nemo po/
test veraci cogitatione videre ꝙ̃ nõ est ve/
rum. In eo plerīꝙ̃ homines errant: quia
meliora cum mente conspexerint/nõ in se/
dibus cõgruis ea oculis querunt: Veluti si
quisꝙ̃ perfectã rotunditatẽ ratione com/
prehendẽs/stomachet̃ ꝙ talem i nuce non
inuenit/si nullũ vnꝙ̃ corp⁹ rotũdũ p̃ter hu/
D iuscemodi poma conspexit. Nam ita qui/
dam cum ratione verissima videant meli/
orem esse creaturã: que ꝙ̃uis habeat libe/
ram voluntatem/ deo tamen semp infixa/
nunꝙ̃ peccauerit: intuentes peccata homi
num/non vt peccare desinant/ sed quia fa/
cti sũt dolent/dicentes: Tales nos faceret
vt semp incõmutabili eius veritate ꝑfrui/
nunꝙ̃ autẽ peccare vellemus. Nõ clamẽt/
non succenseant: quia neꝙ̃ ipsos ideo co/
egit peccare/ quia fecit: quib⁹ potestatem
vtrum vellent dedit: et sunt tales quidam
angeli/qui neꝙ̃ peccauerũt vnꝙ̃/neꝙ̃ pec
caturi sunt: Quobrem si te delectat creatu/
ra/ que perseuerantissima voluntate non
peccat: nõ est dubitandũ ꝙ eam peccãti re/
cta ratiõe preponas: sꝫ sicut eã tu cogitati
one preponis/sic eaꝫ creator deus ordina/
tione preposuit. Crede esse talẽ in superi/
oribus sedibus/et in sublimitate celorum:
quia si bonitatẽ conditor prebuit ad eam
condendã/cuius preuidit futura peccata:
nullo modo nõ preberet eam bonitatẽ vt
creaturã conderet/quam peccaturã nõ esse
presciuit. Habet eñ illa sublimis perpetu/
am beatitudinẽ suam/ in perpetuũ fruens
creatore suo/quam perpetua tenẽde iusti/
cie voluntate ꝓmeretur. Habet deinde or/
dinem suum etiam ista peccatrix/ amissa i
peccatis beatitudine/ sed nõ dimissa recu/
perande beatitudinis facultate: que profe
cto superat eam/quã peccandi ꝑpetua vo/
luntas tenet: Inter quam ⁊ illam priorem
ꝑ ꝑmanentẽ i volũtate iusticie/ hec medi/
etatem quandã demonstrat/ que ꝑ penitẽdi
humilitate altitudinẽ suam recipit. Nam
neꝙ̃ ab illa creatura quam presciuit deus
non solũ peccaturam/ sed etiã in peccandi
voluntate mansurã/abstinuit largitatẽ bo
nitatis sue vt eam non conderet. Sicut eñ
melior est vel oberrans equus ꝙ̃ lapis: ꝓ/
pterea nõ oberrãs/quia ꝓprio motu ⁊ sen
su caret: ita est excellentior creatura que li/
bera voluntate peccat/ ꝙ̃ que ꝓpterea nõ
peccat/ quia nõ habet liberam voluntatẽ.
Et sicut laudarẽ vinum in suo genere bo/
num: in quo vino inebriatũ hominẽ vitu/
perarẽ: ⁊ tamẽ eundẽ hominẽ iam vitupe/
ratũ et adhuc ebrium/ laudato illi vino de
quo ebrius fact⁹ ẽ anteponerẽ: Ita corpo/
ralis creatura in suo gradu iure laudanda
est/ cũ illi vituperãdi sint qui ei⁹ immode/
rato vsu a veritatis ꝑceptione auertũtur:
ꝙ̃uis ĩdẽ rursus iam ꝑuersi ⁊ quodãmodo
temulenti/eidẽ creature in ordine suo lau/
dabili/cuius auiditate euanuerũt: nõ iam
merito vitioꝝ/ sed adhuc nature dignita/
te preferunt. Quia igit̃ omis anima omni E
corpore ẽ melior: omnisꝙ̃ peccatrix anima
quocunꝙ̃ ceciderit/nulla cõmutatione cor
poris efficitur: nec omnino illi aufertur ꝙ
anima est: et ideo nullo pacto amittit/ꝙ
corpore est melior. In corporibus autem
lux tenet primũ locum: consequẽs ẽ vt pri/
mo corpori anima extrema preponat̃: fieri
ꝙ̃ possit/vt corpori alicui⁹ anime aliquod
aliud corpus anteferatur: vt autẽ ipsi an/
me/nullo modo. Cur ergo nõ laudetur de/
us/⁊ ineffabili predicatione laudetur: qui
cum fecerit eas que in legibus essent iusti/
cie ꝑmansure/fecit etiã alias animas quas
vel peccaturas/vel in peccatis etiam perse
ueraturas esse preuidebat: cum ⁊ tales ad/
huc meliores sint eis/ que quoniam nullũ
habent rationale ac liberũ voluntatis ar/
bitrium/ peccare non possunt? Que tamẽ
adhuc etiam ipse meliores sunt ꝙ̃ corpoꝝ
quorumlibet quamlibet splendidissimus
fulgor/ quẽ pro ipsius summi dei substan/
tia quidaꝫ/ꝙ̃uis cum magno errore vene/
rantur. Quod si in ordine corporearũ cre/
aturarũ ab ipsis siderũ choris vsꝙ̃ ad nu/
merum capillorum nostrorũ/ ita gradatim
bonarum rerum pulchritudo contexit̃/ vt
imperitissime dicat̃: quid est hoc? vt quid

hoc? Omnia enim ordine suo creata sūt: quā-
tum imperitius de quacunqȝ anima dicit:
quę ad quantamlibet sui decoris diminu-
tionē defectumqȝ puenerit: omniū corpo-
rum dignitatē sine vlla dubitatione supe-
F rauit. Aliter enim ęstimat ratio: aliter vsus.
Ratio ęstimat luce veritatis / vt recto iudi-
cio subdat minora maioribus: Usus autē
consuetudine cōmoditatis plęrunqȝ incli-
nat: vt ea pluris ęstimet quę veritas mino
ra esse conuincit. Cum enim corpora cęlestia
corporibus terrestribus magna differētia
ratio pręponat: quis tamen carnalium ho
minum non mallet vel plura deesse in cę-
lo sidera / q̄ꝫ vnam arbustulam i agro suo:
aut vaccā in armento? Sed sicut ętate ma
iores homines vel omnino contemnunt /
vel certe patienter corrigenda expectant
iudicia paruulorum: qui exceptis quibus-
dam quorū amore lętant / quēlibet homi-
num cęterorum mori malint q̄ꝫ passerē su-
um: et multo magis si homo sit ille terribi-
lis: passer autē canorus et pulcher. Ita hi
qui prouectu animi ad sapiētiam profece-
runt / imperitos rerum existimatores cum
inuenerint deum laudātes in creaturis mi-
noribus / qui eas carnalibus suis sensibus
accōmodatius adhibēt: in sup̄ioribus vero
atqȝ melioribus: partim cum non laudan-
tes / min⁹ ve laudātes: partim etiā vitupa-
re aut emendare conantes: partim non cre
dētes q̄ earum ille sit conditor: taliū iudi-
cia vel omnino contemnere / si corrigere ne-
queunt: vel donec corrigant / ęquo animo
tolerare ac sustinere consuescant.

Quis necesse sit fieri peccata q̄
deus p̄sciuit / ipsi tamē deputanda
nō sunt: et q̄ nemo vere dicere po-
terit: mallem non esse q̄ꝫ miser esse:
sed de omnibus et in omnib⁹ gra-
tię sint agende conditori: Ca. VI.

A Quę cū ita se habeant: tantū abest
a vero / q̄ creatori deputāda existi
mant peccata creaturę: q̄uis neces-
se ē fiant / q̄ ipse futura pręsciuit: vt cū tu di
xeris nō te inuenire quomō nō ei deputet
quicquid in eius creatura fieri necesse ē: er
go contra non inueniā modū / neqȝ inueni-
ri posse atqȝ oīno nō esse confirmē / quo ei
deputet quicquid in eius creatura ita fieri
necesse est / vt voluntate peccantiū fiat. Si
enim qs dixerit: nō esse q̄ꝫ miserū me esse mal
lem: Respōdebo: mētiris: Nam et nūc mi-
ser es: nec ob aliud mori nō vis / nisi vt sis:
Ita cum miser nolis esse / esse vis tñ. Age
igitur gratias ex eo quod es volens / vt qd̄
inuitus es auferatur: Volens enim es / et mi-
ser inuitus es. Q si ingrat⁹ es in eo q̄ esse
vis: iure cogeris esse quod non vis. Ex illo
igitur q̄ etiam ingratus habes quod vis /
creatoris laudo bonitatem: Ex illo autem
quod pateris ingratus quod nō vis / ordi-
natoris laudo iusticiā. Si dixeris: Nō ideo B
mori volo q̄ malim miser esse q̄ꝫ omnino nō
esse: sed ne post mortē miserior sim: Respō
debo: Si hoc iniustū est / non sic eris: si au-
tem hoc iustum est / laudemus eum cuius
legib⁹ sic eris. Si dixeris: Unde pręsumā
q̄ si hoc iniustū est / non sic ero? Respōde-
bo: quia si eris in tua potestate / aut miser
non eris: aut tuipse te iniuste regēdo / iuste
eris miser: aut volēdo et non valēdo te iu-
ste regere / non eris in tua potestate: et aut
in nullius eris / aut in alterius. Si in nulli-
us / aut inuitus / aut volēs: Sed inuit⁹ esse
nihil potes / nisi te vis aliq̄ supauerit. Por-
ro nulla vi superari potest / qui est in nullius
potestate. Si autem volēs in nullius eris
potestate: ad hoc ratio recurrit vt sis i tua.
Et aut te iniuste regēdo iuste miser sis: aut
q̄m q̄dlibet volēs eris / habes adhuc vñ gra
tias agas bonitati cōditor⁹ tui. Q si in tua
potestate non eris: aut potētior profecto
aut infirmior te habebit in potestate. Q
si infirmior / tua culpa et iusta miseria: Po-
teris enim infirmiorē superare si voles. Si au-
tem potentior te infirmiorem habebit in
potestate: nullo modo tam rectā ordinati-
onē recte iniustam putabis. Verissime igi-
tur dictum est: Si hoc iniustum est / non sic
eris: si autem iustum / laudemus eum cui⁹
legibus sic eris.

Quantum bonum sit / esse / quod
et miseri et beati volunt: et hoc ipsū
amando deo propinquamus: et q̄
oīa eo ipso quo sunt / iure laudāda
sunt: sic em̄ bona sunt: Ca. VII.

Si dixeris: Ideo magis volo vel mi- A
ser esse q̄ꝫ omnino nō esse / q̄ iā sum:
si autē prius q̄ꝫ essem possem con-
suli: eligerē non esse potius q̄ꝫ vt essem mi-
ser: Nūc enim q̄ timeo nō eē cū miser sim / ad
ipsam miseriā p̄tinet: qua nō id volo quod
velle deberē: Nunc vero fateor me quidem

malle vel miserum esse / q̄ nihil : sed tan/
to stultius id volo quanto miserius: Tan/
to miserius autem / quanto verius video
non hoc me velle debuisse: Respondebo:
Caue potius ne hic erres / vbi te videre
verum putas: Nam si beatus esses / vtrꝗ
esse q̄ non esse malles: Et nunc miser cum
sis / mauis tamen esse vel miser / q̄ om/
nino non esse / cum esse nolis miser . Con/
sidera igitur quantum potes: q̄ magnum
bonum sit ipsum esse / quod ⁊ beati ⁊ mise/
ri volunt: Nam si hoc bene consideraue/
ris: videbis te intantum esse miserum / in/
quantū non propinquas ei quod summe
est: Intantum autem putare melius esse /
vt quisꝗ non sit q̄ vt miser sit / inquantū
non vides quod summe est: et ideo tamen
te esse velle: quoniam ab illo es qui sum/
B me est. Si vis itaꝗ miseriam fugere: ama
in te hocipsum / quia esse vis: Si enim ma/
gis magisꝗ esse volueris / ei quod summe
est / ꝓpinquabis: Et gratias age nūc quia
es . Quāuis em̄ beatis sis inferior : supior
tamē es q̄ ea que nō habent vel beatitu/
dinis voluntatem: quorum tamen multa
etiam a miseris laudantur. Omnia tamen
eoipso quo sunt / iure laudanda sunt: quia
eoipso quo sunt / bona sunt. Quanto enim
amplius esse amaueris / tanto amplius vi/
tam eternam desiderabis: teꝗ ita forma/
ri exoptabis / vt affectiones tue non sint
temporales / de temporalium rerum amo/
ribus iniuste et impresse: Que tēporalia ⁊
anteq̄ sint non sunt: ⁊ cum sunt fugiunt: ⁊
cum fugerint non erunt. Itaꝗ cum futu/
ra sunt / nondum sunt: cum autem preteri/
ta sunt / iam non sunt: Quomodo igitur te/
nebuntur vt maneant : quibus hoc est inci
pere vt sint / quod est pergere vt non sint?
Qui autē amat esse / probat ista inquan/
tum sunt: et amat quod semp est. Et si va/
riebatur in amore istorum / munitur in il/
lius: Et si defluebat in amore transeunti/
um: in permanentis amore solidabitur: et
stabit et obtinebit ipsum esse quod vole/
bat / cum timebat nō esse / et stare non po/
terat irretitus amore fugientiū . Non igi/
tur tibi displiceat / immo maxime placeat /
ꝙ mauis esse vel miser / q̄ propterea miser
nō esse / qꝛ nihil eris . Huic em̄ exordio quo
esse vis si adijcias magis / magisꝗ esse / cō/
surgis / atꝗ extrueris in id qđ summe est:
atꝗ ita te ab omni labe cohibebis: q̄ tran
sit vt non sit quod in fine est / ⁊ secū aman/
tis vires subruit. Hinc fiet vt q̄ mauult nō
esse ne miser sit / quia non esse nō potest / re/
stat vt miser sit: Qui aūt plus amat esse q̄
odit miser esse: adijciendo quod amat / qđ
odit excludat. Cū em̄ in suo genere ꝑfecte
esse ceperit / miser non erit.

Qȝ absurdum sit dicere / mallem nō esse q̄ miser esse: nec recte quis eligere potest vt non sit / et de his qui seipsos interimūt: item ī quo sensus et opinio differant: nemo etiam in eo qđ est / bonitati creatoris ingratus sit: Ca. VIII.

Nam illud vide q̄ absurde atꝗ in/ A
conuenienter dicat: Mallem non
esse / q̄ miser esse. Qui em̄ dicit: mal
lem hoc q̄ illud / eligit aliquid: Non esse au
tem non est aliquid / sed nihil: et ideo nullo
pacto potes recte eligere / quando qđ eli/
gas non est. Dicis velle te quidem esse cū
sis miser: sed hoc nō velle debuisse. Quid
igitur velle debuisti? Nō esse inquis. Po/
tius si hoc velle debuisti / hoc est melius.
Quod autem non est / melius esse nō po/
test: Non ergo id velle debuisti: Veracior
ꝗ sensus est / q̄ id non vis / q̄ opinatio per
quā te id velle debuisse arbitraris . Dein/
de quod quisꝗ recte eligit appetendū / cū
ad id ꝑuenerit / necesse est melior fiat. Me/
lior autē esse non poterit qui non erit: Ne/
mo igitur recte potest eligere vt nō sit. Ne/
ꝗ enim moueri nos oportet eorū iudicio /
qui vrgente miseria sese interemerūt. Aut
enim eo confugerunt / vbi melius fore sibi
putarunt: et non est contrariū rationi no/
stre / q̄quo mō putauerint: Aut si nullos se
futuros om̄ino crediderūt: multo minꝰ fal
sa electio nihil eligētiū cōmouebit . Quo/
mō em̄ sequar eligentem / a quo si querам
quid eligat: respondebit / nihil? Nā qui eli/
git non esse: profecto se nihil eligere / etiā si
hoc nolit / respondere conuincit. Verūta/
mē vt de hac tota re si potero dicā qđ sen/
tio. Nemo mihi videtur cū seipsum necat / B
aut quolibet modo emori cupit: habere in
sensu / ꝙ post mortē non sit futurꝰ: tametsi
aliquantū hoc ī opinione habeat: Nā opi
nio aut in errore / aut in veritate ratiocinā/
tis ē / vel credētis: Sensus autem aut con/
suetudine aut natura valet. Posse aūt fieri

vt aliud sit in opinione/ aliud in sensu: vel ex hoc cognoscere facile est/ q plerumq aliud faciendu3 esse credimus/ et aliud facere delectat. Et aliquādo veracior est sensus q̄ opinio/ si illa de errore/ ille de natura ē: velut cum eger plerūq aqua frigida cum non obest/ dulciter delectatur: quam tamē credit si biberet esse nocituram. Aliquando veracior opinio q̄ sensus/ si credit arti medicine obesse frigidam/ cum revera oberit: et tamen bibere delectet. Aliquando vtrunq in veritate est: cum id quod prodest: non solum ita creditur/ sed etiā libet. Aliquando vtrūq in errore est: cum id q̄d nocet/ et prodesse creditur/ et libere non desinit. Solet autem et recta opinio prauam corrigere consuetudinē: et praua opinio rectam depravare naturā: Tanta vis est i dominatu et principatu rationis. Cū ergo quisq credens/ quod post mortē non erit: intolerabilib⁹ tamen molestijs ad totam cupiditatem mortis impellitur/ et decernit atq arripit mortem: in opinione habet errorem omnimode defectionis: in sensu autē naturale desideriū quietis. Quod autem quietū est/ non est nihil: immo etiam magis est q̄ id quod inquietū est. Inquietudo eīn variat affectiōes/ vt altera alteram perimat: quies autē habet constantiam/ in qua maxime intelligitur quod dictum est. Omnis itaq ille appetitus in voluntate mortis est: nō vt qui moritur non sit/ sed vt requiescat intendit. Ita cum errore credat non se futurū: natura tamē quietus esse/ hoc ē magis esse desiderat. Quapropter sicut nullo pacto fieri potest/ vt nō esse aliquē libeat: ita nullo pacto fieri pōt vt ex eo quod est quisq/ bonitati creatoris ingratus sit.

Quod vniuersitatis perfectio exigat/ vt nec omnes creature perfecte sint/ ne eidem peccatrices anime desint: et quare peccans creatura superior/ creaturis inferioribus puniat: et quomodo creatura vna altera diuersimode ornet: Ca. ix.

A Si dixerit: non erat tam difficile aut laboriosum omnipotenti deo/ vt omnia quecunq fecit sic haberent ordinem suū/ vt nulla creatura vsq ad miseriam perueniret: Non eīn hoc aut omnipotens non potuit/ aut bon⁹ inuidit: Respondebo ordinem creaturarū a summa vsq ad infimā gradibus iustis ita decurrere/ vt ille inuideat q̄ dixerit: ista non esset: inuideat etiam ille qui dixerit: ista talis esset. Si eīn talem vult esse qualis ē superior: iam illa est/ et tanta ē/ vt adijci ei non oporteat/ q perfecta est. Qui ergo dicit: etiam ista talis esset: aut perfecte superiori vult addere/ et erit immoderatus et iniustus: aut istam vult iterimere/ et erit malus atq inuidus. Qui autē dixerit: ista non esset: nihilominus erit malus et inuidus/ cum eam nō vult esse/ quā inferiorem laudare adhuc cogitur. Velut si dicat: nō esset luna/ cum etiam lucerne claritatē longe inferiorem/ in suo tamē genere pulchrā: et terrenis tenebris/ sed decoram atq aptā nocturnis visibus/ atq in omnibus p suo modulo vtiq laudabilē/ aut fateatur/ aut stultissime vel contētiose neget. Quomodo ergo recte dicere audebit: luna non esset in rebus: qui si diceret/ lucerna non esset/ deridēdū se esse sentiret. Quod si non dicit: luna non esset: sed qualem solem videt/ talem dicit lunam esse debuisse: nō intelligit nihil aliud se dicere/ q̄ non esset luna/ sed essent soles duo. In quo dupliciter errat: q rerum perfectioni/ et addere aliquid cupit/ cum desiderat alterum solem/ et minuere/ cum lunam vult detrahi. Hic fortasse dicat: ideo nihil se de luna cōqueri: quia splendor eius ita minor est/ vt miser nō sit: de animarum autem non obscuritate/ sed miseria se dolere: sedulo cogitet ita lune splendorem nō esse miserum/ vt nec splendor solis sit beatus. B Quis eīn corpora celestia sint: corpora sunt tamen quantū ad lucem istam pertinet/ que p corporeos oculos sentiri potest: Nulla autē corpa quantū ad sese attinet/ vel beata possunt esse vel misera/ q̄ q̄ beatorum aut miserorum corpora possunt esse. Sed de illis luminibus similitudo adhibita id docet/ quemadmodum corporum differentias contemplando videns alia clariora/ iniuste petis auferri que obscuriora conspexeris/ aut clarioribus adequari: Sed ad perfectionē vniuersitatis referēs oīa: quanto magis minusve inter se clara sunt/ tāto magis cernis esse oīa. Nec tibi occurrit pfecta vniuersitas/ nisi vbi maiora sic p̄sto sūt vt minora nō desint. Sic etiam differentias animarū

cogites:in quibus hoc quoq inuenies/ vt
miseriam quam doles/ ad id quoq valere
cognoscas: vt vniuersitatis pfectioni nec
illę desint animę quę miserę fieri debue/
rũt:quia peccatrices animę esse voluerũt.
Tantũq abest/ vt deus tales facere non
debuerit/ vt etiam cęteras creaturas lau/
dabiliter fecerit/ longe inferiores animis
C miseris. Sed adhuc videtur minus intelli/
gens qd dictum est/habere qd cõtradicat:
Dicit eñ: Si vniuersitatis perfectionẽ cõ/
plet etiã nostra miseria / defuisset aliquid
huic perfectioni/ si beati semper essemus:
Quapropter si ad miseriam nisi peccando
non peruenit anima : etiam peccata no/
stra necessaria sunt perfectioni vniuersita/
tis quã cõdidit deus. Quomodo ergo iu/
ste peccata punit: quę si defuissent/ creatu/
ra eius plena et perfecta nõ esset? Hic re/
spõdetur : nõ ipsa peccata vel ipsam mise/
riã pfectioni vniuersitatis esse necessaria/
sed animas inquantũ animę sunt : q̃ si ve/
lint/ peccãt: si peccauerint / miserę fiũt: Si
eñ peccatis earũ detractis miseria pseue/
rat/aut etiam peccata pręcedit:recte defor
mari dicitur ordo atq administratio vni/
uersitatis. Rursus si peccata fiant/ et desit
miseria/nihilominus dehonestat ordinem
iniqtas. Cũ autẽ nõ peccantib^9 adest bea/
titudo/perfecta est vniuersitas: Cum vero
peccantib^9 adest miseria /nihilomin^9 pfecta
est vniuersitas. Qz aũt ipsę nõ desunt aię/
quas vel peccãtes sequit̃ miseria/vel recte
faciẽtes beatitudo/semp naturis oĩb^9 vni/
uersitas plena atq pfecta est : Nõ eñ pec/
catum ⁊ suppliciũ peccati naturę sunt quę/
dam/sed affectiones naturarũ:illa volun/
taria/ista pęnalis. Sed voluntaria quę in
peccato fit / turpis affectio est : Cui ppter
ea pęnalis adhibetur /vt ordinet eam vbi
talẽ esse non turpe sit/et decori vniuersita/
tis congruere cogat/vt peccati dedec^9 emẽ
det pęna peccati. Hinc fit vt peccãs crea/
tura superior/creaturis inferioribus puni/
atur : quia illę tam sunt infimę / vt ornari
etiam a turpibus animis possint: atq ita
D decori vniuersitatis congruere. Quid eñ
tã magnũ in domo est q̃ homo: et quid tã
abiectũ ⁊ infimũ q̃ cloaca dom^9? Seru^9 ta/
men in tali peccato deiectus/vt mũdandę
cloacę dignus habeat̃/ornat eã etiã turpi/
tudine sua: et vtrũq horum/id est turpitu
do serui/⁊ mundatio cloacę/ iaz coniunctũ
⁊ redactũ in quandã sui generis vnitatem
ita dispositę domui coaptatur atq subte/
xitur/vt ei^9 vniuersitati ordinatissimo de/
core cõueniat: Qui tamen seruus si pecca/
re noluisset/ nõ defuisset domesticę discipli
nę alia puisio/qua necessaria mũdarentur:
Quid itaq tã infimũ in rebus q̃ corpus
omne terrenũ? Hanc tamen corruptibilem
carnem peccatrix anima sic ornat/ vt ei spe
ciem decentissimã pręheat/motumq vita/
lem. Habitationi ergo cęlesti talis anima
nõ congruit per peccatũ: terrestri autẽ cõ/
gruit per supplicium: vt quodlibet elege/
rit/semper sit pulchra vniuersitatis decen/
tissimis partibus ordinata/ cuius ẽ condi/
tor et administrator de^9. Nãq optimę ani
mę cum cũ infimis creaturis habitant / nõ
eas ornant miseria sua quam non habent/
sed vsu earum bono. Si autez peccatrices
animę permittant̃ habitare in sublimibus
locis/inhonestũ est:quia non conueniũt il/
lis quibus nec bene vti possunt/ nec orna/
menti aliquid conferunt: Ideo q̃q̃ orbis
iste terrenus rebus corruptibilibus de/
putatus sit: tamen seruans quantum po/
test imaginem superiorũ/exempla nobis ⁊
indicia q̃dam demõstrare nõ cessat. Si eñ E
bonũ et magnũ aliquẽ virũ hortante ho/
nestatis officio videam^9 ignib^9 quantũ ad
corpus attinet cõcremari : nõ hoc vocam^9
pęnã peccati/ sed fortitudinis/ et patientię
documẽtũ: eũq magis diligim^9/ cũ fędissi/
ma corruptio corporea membra eius absu
mat/ q̃ si nihil huiusmodi pateret̃. Mira/
mur quippe animi naturam mutabilitate
corporis non mutari. At vero crudelissimi
latronis membra cum tali supplicio confi/
ci aspicimus/approbamus ordinẽ legum.
Ornant ergo ambo illa tormenta : sed il/
le merito virtutis/iste peccati: At si post il/
los ignes/ vel etiam ante illos optimũ vi/
rum illum cõmutatum/ ad congruentiam
cęlestis habitationis ad sidera videremus
attolli/ vtiq lętaremur: Si autem scelera/
tum latronẽ/ siue ante suppliciũ/ siue post
suppliciũ/cum eadem malicia voluntatis/
ad sedẽ honoris sempiternã leuari videre/
mus in cęlum / quis nõ offenderetur? Ita
fit vt iferiores creaturas ambo ornare po/
tuerint : superiores autem vnus illorum.
Ex q̃ admonemur aduertere mortalitatẽ

carnis huius: et primū hominem ornaſſe/
vt peccato pęna congrueret: et dominū no
ſtrum vt a peccato miſericordia liberaret.
Non autem ſicut iuſtus potuit in ipſa iu/
ſticia permanens corpus habere mortale:
ita iniquus poteſt dum iniquus eſt/ad im/
mortalitatem peruenire ſanctorū/ ſcilicet
ſublimē et angelicam: non eorum angelo/
1. Corī. 6. a. rum de quibꝰ apoſtolus ait: Neſcitis quia
angelos ſumus iudicaturi/ ſed eorum de
Matth. 22. c. quibus dominus ait: Et erunt ęquales an
gelis dei. Qui eñ ęqualitatem angelorū
deſiderant propter inanem gloriam ſuam:
non ideo volunt ęquales eſſe angelis/ ſed
ſibi. Itaqꝫ in tali voluntate perſeuerātes/
ęquabūtur ſupplicio pręuaricatoribꝰ ange/
lis/poteſtatem ſuam potius ꝙ dei omni/
potentis diligentibꝰ. Talibus enim ad ſi/
niſtrā ꝯſtitutis/ qꝛ nō queſierūt deū per hu
militatis ianuā/ quā i ſeipſo dñs ieſus chri
ſtus oſtēdit/ et imiſericorditer ſupbeqꝫ vixe
Matth. 25. d. rūt/ dicet: Ite i ignē ęternū/ q̄ pręparatus
eſt diabolo ⁊ angelis eius.

Qr diabolus hominem non vi
ſed ſuaſione capiens/ iure ęquiſſi/
mo vendicabat: dei autem filius
non diabolum/ ſed hominem ab
eo deceptum/ nō violento domi/
natu/ ſed lege iuſticię liberauit:

A Um eñ duę ſint origines (Ca. X
c petōrum: vna ſpontanea cogitati/
one/ altera pſuaſione alterius: quo
Pſ. 18. pertinere arbitror quod pphera dicit: Ab
occultis meis munda me domine: ⁊ ab ali/
enis parce ſeruo tuo. Utrūqꝫ voluntariuz
eſt quidem: Nam ſicut ppria cogitatione
non peccat inuitus: ita dum conſentit ma
le ſuadenti/ non vtiqꝫ niſi voluntate con/
ſentit. Sz tamē grauius eſt: nō ſolum nul/
lo ſuadente ppria cogitatiōe peccare/ ſed
etiam ad peccandū alteri p inuidentiā do/
lumqꝫ ſuadere/ ꝙ ad peccādū alterius ſua/
ſione traduci. Seruata ē ergo in vtroqꝫ pec
cato iuſticia dei punientis: Nā et illud ap/
penſum eſt ęquitatis examine/ vt nec ipſi/
us diaboli poteſtati negaret homo/ quē ſi/
bi male ſuadendo ſubiecerat: Iniquū eñ
erat/ vt ei quē ceperat nō dominaret: Nec
fieri vllo modo poteſt/ vt dei ſummi ⁊ veri
pfecta iuſticia: quę vſqꝫquaqꝫ pertēditur:
deſerat etiā ordinandas ruinas peccātiū.
Et tamē quia minus peccauerat homo ꝙ
diabolus: idipſum ei valuit ad reparandā
ſalutē/ qđ ſcꝫ principi huiꝰ mūdi/ partis rec
rū ſcilicet huius mortalis atqꝫ infimę/ hoc
eſt principio omniū peccatorum et prępo/
ſito mortis vſqꝫ ad mortalitatē carnis ad/
dictꝰ eſt. Ita eñ cōſcientia mortalitatis ti
midus/ ⁊ iā a viliſſimis ⁊ abiectiſſimis be/
ſtijs/ vel etiā minutiſſimis/ moleſtias atqꝫ
interitum reformidans/ incertuſqꝫ futuro/
rum/ ⁊ illicitas cohibere lęticias/ ⁊ maxime
ſuperbiam/ cuius perſuaſione deiectus ē:
⁊ q̄ vno vitio miſericordię medicīa reſpul/
tur/ frangere ⁊ edomare ꝯſueuit. Quid eñ
tā opus habēs miſcōia ꝙ miſer? Et qđ tā
indignuz miſericordia ꝙ ſuperbus miſer?
Ex quo factum eſt/ vt illud dei verbū per
quod facta ſunt omnia: et quo fruitur om/
nis angelica beatitudo/ vſqꝫ ad miſeriam
noſtrā clementiā ſuam porrigeret: et ver/
bum caro fieret/ et habitaret in nobis. Sic Ioh. 1. b.
eñ poſſet panē angelorū hō manducare: Pſ. 77.
nondū angelis adęquatꝰ/ ſi panis ipſe an/
gelorꝫ hoibꝰ dignaret adęq̄ri. Nec ſic deſcē B
dit ad nos vt illos deſereret/ ſed ſimul īte/
ger illis/ īteger nobis: illos ītrinſecꝰ paſce/
ns p id qđ deꝰ eſt/ nos forinſecꝰ admonēs
per id quod nos ſumus/ idoneos facit per
fidem/ quos per ſpeciem paſcat ęqualiter.
Quia eñ rationalis creatura vbo illo tan
ꝙ optimo cibo ſuo paſcitur: humana autē
anima rōnalis eſt/ quę mortalibus vincu/
lis peccati pęna tenebat/ ad hoc deminu/
tionis eſt redacta/ vt per coniecturas rerū
viſibilium ad itelligenda inuiſibilia nite/
retur: cibus rationalis creaturę factus eſt
viſibilis: nō cōmutatiōe naturę ſuę/ ſꝫ ha/
bitu mortalitatꝭ nrę: vt viſibilia ſectātes/
ad ſe īuiſibilem reuocaret. Sic eū aīa/ quē
ſuperbiens intus reliquerat/ foris humilē
inuenit: imitatura eius humilitatē viſibi/
lem: et ad inuiſibilem altitudinē reditura.
Atqꝫ verbū dei vnicꝰ dei filius/ diaboluꝫ
quem ſemp ſub legibus ſuis habuit et ha/
bebit: homine indutus/ etiā homini ſubiu
gauit: nihil ei extorquēs violēto domina/
tu/ ſed ſuperans eū lege iuſticię: vt quoniā
fęmina decepta/ ⁊ deiecto p fęminam viro/
oēm prolē primi hominis tanꝙ peccatricē
legibus mortis/ malicioſa quidē nocēdi cu
piditate/ ſed tamē iure ęquiſſimo vendica/
bat: tādiu poteſtas eius valeret/ donec in/
terficeret iuſtū/ in q̄ nihil dignū morte poſ/

set ostendere: nō solū quia sine crimine occisus est, sed etiā quia sine libidine natus: cui subiugauerat ille q̄s ceperat: vt quicq̄d inde nasceretur tanq̄ sue arboris fructus, praua quidē habendi cupiditate, sed tamē nō iniquo possidendi iure retineret. Iustissime itaq̄ dimittere cogitur credentes in eū, quē iniustissime occidit: vt et q̄ tēporaliter moriuntur, debitū exoluant: τ q̄ semper viuunt, in illo viuant, qui p eis q̄d nō debebat exoluit: quibus autem infidelitatis perseuerantiā persuasisset, iuste secū haberet in ppetua dānatione consortes. Ita factum est, vt neq̄ diabolo p vim eriperetur homo, quem nec ipse vi, sed psuasione ceperat: et qui iusto plus humiliatus ē vt seruiret cui ad malū consenserat: iuste per eum cui ad bonū cōsensit liberaret: q̄ minus iste in consentiendo, q̄ ille i male suadendo peccauerat.

Ps. 68.

Qd angeli non peccantes τ anime peccatrices, diuersimode vniuersitatis perfectionem ornent: et quomō spiritales creature et coniunguntur et distinguunt: τ qualiter anima peccatrix sit melior corpore celesti: Ca. xi.

A Naturas igit omnes deus fecit: nō n solū in virtute atq̄ iusticia pmansuras, sed etiā peccaturas: non vt peccarēt, sed vt essent ornature vniuersū, siue peccare, siue non peccare voluissent. Si enim rebus deessent anime que ipsum fastigiū ordinis in vniuersa creatura sic obtinerēt: vt si peccare voluissent, infirmaret τ labefactaret vniuersitas, magnū quiddā deesset creature: Illud em̄ deesset, q̄ remoto stabilitas rerū atq̄ connexio turbaret. Tales sunt optime τ sancte τ sublimes creature celestiū vel supercelestiū potestatū: quibus solus deus imperat: vniuersus autem mūdus subiect⁹ est. Sine istaꝝ officijs iustis atq̄ pfectis esse vniuersitas nō pōt. Itē si deessent, que siue peccarent, siue nō peccarēt, nihil vniuersitatis ordini minueretur, etiā si plurimū deesset: Anime sunt em̄ rationales, et illis superioribus officio quidē impares, sed natura pares: quibus adhuc inferiores sunt multi, et tamen laudabiles a summo deo constitutarū rerum gradus. Illa ergo natura sublimioris officij est: que non solū si non esset, sed etiam si peccaret, minueret ordinē vniuersitatis. Inferioris officij est ista: q̄ tm̄modo si non esset: nō autem si peccaret, aliquid min⁹ haberet vniuersitas. Illi data ē potentia omnia continendi officio pprio: quod rerum ordini deesse non posset: Nec ideo in bona voluntate pmanet, quia hoc accepit officium: sed ideo accepit, quoniā ab illo qui dedit pmansura preuisa est. Nec tamē sua maiestate continet omnia, sed inherendo illius maiestati et eius imperijs deuotissime obtemperando: a quo, et p quem, et in quo facta sunt omnia: Huic autē datum est quidē nō peccanti potentissimū officiū cōtinendi omnia: non tamen pprium, sed cū illa tanq̄ ei que peccatura pcognita ē. Habent sane spiritalia queq̄ inter se et cōiunctionē sine cumulo, et seiunctionē sine diminutione: vt neq̄ adiuuaret illa in actionis sue facilitate, cū hec sibi piūgeret: neq̄ difficilior illi actio fieret, si hec officiū suū peccando desereret. Non em̄ locis et mole corporum, sed parilitate affectuū iungi, et disparilitate seiungi possunt spiritales creature: quis corpora sua queq̄ possideant. In corporibus autē inferioribus atq̄ mortalib⁹ post peccatū ordinata, regit corpus suum: nō oīmodo p arbitrio, sed sicut leges vniuersitatis sinunt: Nec ideo tamen talis anima inferior est corpore celesti: cui corpori etiā corpora terrena subiecta sunt. Pannosa q̄ppe vestis damnati serui multo est inferior veste bene meriti: τ in honore magno apud dominū cōstituti: sed ipse seruus melior est qualibet veste preciosa: quia homo est. Illa ergo inheret deo: et in celesti corpe angelica potestate, etiam terrestre corp⁹ ornat τ regit, sicut iubet ille cuius nutū ineffabiliter intuetur: Ista vero mortalib⁹ mēbris onerata, vix hoc ipsū q̄ premitur administrat intrinsecus: et tamē ornat quantū potest. Cetera vo extrinsec⁹ adiacētia, longe infirmiore operatione extrinsecus afficit sicut potest.

Roma. xi. b.

B

Qd nihil possit inturbare vniuersitatis ordinem, et dei creatoris imperium, etiam si omnes angeli peccassent: Ca. xii.

V Nde colligitur non defuturum fu A isse ornatum congruentissimū infime corporee creature: etiam si ista peccare noluisset: quoniā q̄ totū potest re-

gere/etiam partē regit: Que autē min⁹ potest/nō cōtinuo pōt ampliora: Perfectus enim medicus etiam scabiem sanat efficaciter: at nō continuo qui scabioso vtiliter ɔsulit/vniuersę humanę valitudini mederi potest. Et ratio quidē si certa conspicitur: qua manifestū fiat esse oportuisse creaturā que nunq̄ peccauerit/ nunq̄ peccatura sit: etiā illud eadē ratio renūciat a peccato illam libera voluntate abstinere: neq̄ coactam nō peccare/ sed sponte. Verū tamen etiam si peccaret/ q̄q̄ non peccauit/sic eā non peccaturā pręsciuit deus: tamen si etiā ipsa peccaret/sufficeret dei potestas ineffabilis potentię/ad regendā istā vniuersitatē: vt omnibus congrua et condigna retribuens: nihil i toto imperio suo
B turpe aut idecorū esse permitteret. Quia siue per nullas ad hoc ipsū conditas potestates: si omnis angelica natura ab eius pceptis peccando defecisset: maiestate sua decentissime atq̄ optime regeret omnia: nec sic iuidēs creaturę spiritali vt esset qui etiam corporalē peccantibus quoq̄ spiritalibus longe inferiorē/tanta largitate bonitatis istituit/vt nullus sit cęlum terramq̄ rationabiliter intuens: omnesq̄ naturas visibiles i suis generibus moderatas/formatas/ordinatas: qui vel alium credat artificem omniū esse q̄ deum: vel non eum ineffabiliter laudanduz esse fateatur: Siue nulla ē melior rerū ordinatio nisi potestas āgelica naturę excellētia/ꝛ bonitate volūtatis in dispositiōe vniuersitatis supęmineat: etiam si omnes peccassent angeli/ nullam inopiam facerent ad regenduz imperiū suum creatori angelorū. Non enī vel bonitas eius q̄si aliquo tędio/ vel omnipotentia difficultate deficeret ad creandos alios/quos in eis sedibus collocaret/ quas peccando alij deseruissent: aut creatura spiritalis quantilibet numeri pro suis meritis damnaret: angustare posset ordinem/qui ɔueniēter et decenter excipit q̄scunq̄ damnandos multos. Quacunq̄ se igitur consideratio nostra conuerterit/ ineffabiliter laudandū inuenit deum naturarum omniū conditorē optimū/ et administratorem iustissimum. Postremo vt relinquamus contemplationē pulchritudinis rerum: his qui eum diuino munere videre possunt: nec eos ad ineffabilia contuenda verbis conemur adducere: et tamen ꝓpter loquaces/aut infirmos/aut insidiosos homines tantā quęstionez breuissimā complexione peragamus.

Q omnis natura inquantū natura bona sit: ꝛ icorruptibilis melior corruptibili: deus autem ineffabile bonum/ita in omnibus laudandū/vt sine eius laude nec laudari possim⁹/ nec vituperari: ꝛ q̄ cōtra naturā sit omē vitiū/ etiā ei⁹ rei cuius est vitium: Ca. XIII.

Omnis natura que minus bona fieri potest/bona est: et omnis natura dū corrumpit/ minus bona fit. A
Aut enī nō ei nocet corruptio/ꝛ non corrūpitur: aut si corrumpit/ nocet ei corruptio: et si nocet/ minuit aliquid de bono eius: ꝛ eam minus bonaz facit. Nā si penit⁹ eam priuat omni bono/quicquid eius remanebit/iam corrumpi nō poterit: quia nullum erit bonū cui⁹ ademptione possit nocere corruptio: Cui autē non potest nocere corruptio/non corrumpitur. Porro natura que non corrumpitur/ incorruptibilis est. Erit ergo naturę/quod absurdissimū est dicere corruptione facta icorruptibilis. Quapropter quod verissime dicit: Omnis natura inquātū natura est/bona est: quia si incorruptibilis/melior est q̄ corruptibilis: si autem corruptibilis ē/ quoniā dū corrumpitur minus bona fit/ sine dubitatiōe bona est. Omnis autem natura aut corruptibilis est/aut incorruptibilis: omnis ergo natura bona ē. Naturā voco que ꝛ substātia dici solet. Omnis igitur substātia aut deus aut ex deo: quia omne bonū/aut deus/ aut ex deo. Quibus constitutis atq̄ firmatis tanq̄ in capite ratiocinationis nostrę/ attende quid dicā. Ois ergo natura rationalis que cum libero voluntatis arbitrio cōdita est: si manet in fruendo summo atq̄ incōmutabili bono/ proculdubio laudanda est: Et omnis que tendit vt maneat/etiam ipsa laudanda est. Omnis autē que nō i eo manet: ꝛ nō vult agere vt maneat: inquantū ibi nō est/ꝛ inquantum nō id agit vt ibi sit/vituperanda est. Si ergo laudatur rationalis natura que est facta: nemo dubitat laudandū esse qui fecit. Et si vituperatur/ nemo dubitat eius conditorē in ipsa eius vituperatione laudari. Cum enī

propterea vituperamus hanc/quoniā sum mo et incommutabili bono/id est creatore suo frui non vult: illū sine vlla dubitatiōe B laudam⁹. Quātū ergo bonū/et ꝙ vel ineffabiliter linguis oīnibus vel ineffabiliter cogitatiōib⁹ oīnib⁹ ꝑdicādus et honorandus ē creator oim de⁹: sine cuius laude nec laudari possumus nec vituperari. Non eñ vituperari possumus/ quia in eo non manemus/nisi quia magnum et summū ꝛ primum nostrum bonum est/ manere in illo. Unde autē hoc/nisi quia ille ineffabile bonum est? Quid ergo inueniri potest in nostris peccatis vnde ille vituperetur: quando vituperatio peccatorū nostrorum nulla est / nisi ille laudetur? Quid ꝙ etiam in ipsis rebus quę vituperantur/nullius vituperatur nisi vitiū: nullius autem vituperatur vitium / nisi cuius natura laudatur? Aut eñ sm naturam est quod vituperas/ et non est vitiū: tuq̧ magis emendandus es/vt recte vituperare noueris/ ꝙ illud qδ non recte vituperas: aut si vitiū est/ vt recte vituperari possit: etiam contra naturā sit necesse est. Omne quippe vitiū/ eoipso quo vitiū est/cōtra naturā est. Si eñ naturę non nocet/ nec vitiū est: si autē q₂ nocet ideo vitiū est/ideo vitiū est q₂ cōtra naturā est. Q₂ si nō suo/sed alieno vitio aliq̄ natura corrūpit/iniuste vituperat: ꝛ q̄rendū est vtrū illa natura non corrūpatur vitio suo: cuius vitio potuit alia natura corrumpi. Sed quid est aliud vitiari/ nisi vitio corrumpi? Porro natura quę non vitiatur/caret vitio: cuius autem vitio alia natura corrumpitur/habet vtiq̧ vitium. Prior ergo vitiosa est: ꝛ prior corrūpitur vitio suo: cuius vitio alia quoq̧ corrumpi potest. Ex quo colligitur contra naturam esse omne vitiū/etiam eius rei cuius est vitiū. Quapropter quoniam in quacunq̧ re non vituperatur nisi vitiū: ideo autem vitiū est: q₂ contra naturam eius rei est cuius est vitium: nullius rei recte vituperatur vitiū/ nisi cuius natura laudatur: Non eñ tibi recte in vitio displicet/nisi quia vitiat quod in natura placet.

An aliqua natura sine vitio suo corrumpi possit: non enim omnis corruptio vitiosa est: rei vero cuius vitiū vituperatur/natura laudabilis est: vituperatio equidē vitiorꝝ est/laus naturarꝝ: Ca. xiiii.

Jdendū est etiam illud/ vtrū vere v dicatur aliquam naturam naturę A alterius vitio corrumpi/ nullo adiuncto vitio suo. Si eñ natura quę accedit cum vitio suo ad aliam corrumpendā/non in ea corruptibile aliquid inuenit/ nō eam corrumpit: Si autē inuenit: adiuncto eius vitio corruptionē eius operat: Potentior eñ ab infirmiore si corrumpi nolit/nō corrumpitur: Si autē velit/ prius incipit suo vitio corrumpi ꝙ alieno. Equalis autē ab ęquali nihilominus si corrumpi nolit/non potest: Nam quęcunq̧ natura cū vitio ad eam quę sine vitio est/ vt corrumpat accedit: eoipso nō accedit ęqualis/ sed infirmior vitio suo. Si vero potētior inualidiorē corrumpit: aut vtriusq̧ vitio fit/si vtriusq̧ praua cupiditate fit: aut vitio potentioris/si naturę tanta pręstātia est/vt inferiorē quā corrumpit/etiā vitiosa pręcedat. Quis eñ recte vituperauerit fructus terrę/ꝙ hoies eis nō vtantur bene: corruptiq̧ vitio suo/corrumpant eos abutendo ad luxuriā: cum tamē dubitare demētis sit pręstantiorē potentioremq̧ esse hominis naturam etiā vitiosam/ꝙ non vitiosas quasq̧ fruges? Potest etiā fieri vt aliquā inferiorem potentior natura corrumpat: ꝛ hoc nullius eaꝝ vitio fiat. Siquidē vitiū dicimus/quod vituperatione dignū ē. Quis autē vel frugalē hominē nihil aliud de frugibus/ꝙ †subleuamenta naturę quęritantem/ vituperare audeat: aut easdē fruges ꝙ vsu ciboꝝ eius corrumpātur? Talis eñ nec vsitate corruptio dicit: q₂ maxime vitij nomen solet esse corruptio. Nam ꝛ illud B in rebus facile animaduerti potest/ ꝙ plęrūq̧ in nōnullos vsus explēdę indigentię suę natura potentior inferiorē corrumpit: vel iusticię ordine dum vindicat culpā. Ex qua regula illud dictū est ab aplo: Si quis templū dei corruperit/ corrumpet illū deus: Uel ordine mutabiliū rerū sibi cedentium sm leges congruentissimas ꝑ valentia cuiusq̧ partis vniuersitatis datas. Neq̧ eñ si cuiusq̧ oculos ꝑ naturę suę modulo ferendę lucis inualidos/ sol fulgore corrumpat: aut ad explendā indigentiā sui luminis eos cōmutare putādus ē: aut id facere vllo vitio suo: aut saltē ipsi oculi vituperādi sunt/ q₂ et dño suo cesserūt vt cōtra

Al. † supplementa

1. Cor. 3. c.

legem aperirent/ ꝛ ipsi luci vt corrūperent.
Omniū igit̄ corruptionū sola q̄ vitiosa est/
corruptio recte vitupera̅t : ceterę autē aut
nec corruptioēs q̄dē dicēdę sūt/aut certe q̄z
vitiosę nō sūt/ dignę vitupatiōe eē nō pos/
sūt: Nā ꝛ ipsa vitupatio/ ꝙ soli vitio para/
ta/id ē apta ꝛ debita sit/ inde traxisse voca/
bulū credit̄/ vt vitupatio diceret̄. Vitiū au
tē vt dicere cęperā/ nō aliunde malū ē/ nisi
quia naturę aduersat̄ eiusipsius rei cuius ē
vitiū. Vñ manifestū ē hanc eandē rē cuius
vitiū vitupera̅t/ naturā esse laudabilē: ita
vt oīno hancipsam vituperationē vitio/
rum/naturaꝝ laudē esse fateamur/earū scʒ
quarū vitia vituperant̄. Quia eñ vitium
naturę aduersat̄: tantū addit̄ malicię viti/
orū/ q̄ntū naturaꝝ integritati minuit̄. Cū
ḡ vituperas vitiū/id ꝑfecto laudas cui᷒ in/
tegritatē desideras. Cui᷒ aūt nisi naturę in/
tegritatē? Natura eñ ꝑfecta/ nō solū nulla
vitupatione/sed etiā laude i suo genere di/
gna ē. Quod ḡ ꝑfectiōi naturę deesse ꝑspe/
xeris/id vocas vitiū: satis tibi eam placere
contestans/ꝙ̄ vt vitupationē imperfectio/
nis eius velles esse ꝑfectā.

Q deus omniū conditor natu/ rarum/ etiam in earum vitijs lau/ dandus ē: et qui defectus possint recte vituperari: Ca.XV.

A S igit̄ vituperatio reꝝ ipsarum eti
am quarum sunt vitia/ naturaruʒ
decus dignitatēꝗ̄ cōmēdat: quan/
to magis deus conditor omniū naturaꝝ
etiam in earū vitijs laudandus ē: cū ꝛ hoc
ab illo habeāt ꝙ naturę sunt: ꝛ intantū vi/
tiosę sint/ inquantū ab eius a q̄ factę sunt
arte discedūt: ꝛ intantū recte vituperant̄/
inq̄ntū earū vitupator artē/ qua factę sunt
videt: vt hoc in eis vituperet/ qȯ ibi nō vi/
det. Et si ars ipsa ꝑ quā facta sunt omnia:
hoc ē summa ꝛ incōmutabilis sapiētia dei/
vere summeꝗ̄ est sicuti ē: respice quo tēdat
quicquid ab ipsa discedit: Qui tamē defe/
ctus nō esset vitupatione dignus nisi esset
volūtarius. Attēde eñ quęso/ vtrum recte
vitupes qȯ ita ē sicuti esse debuit? Euo:
Nō opinor/ sed vtiꝗ̄ ꝙ nō ita ē vt debuit.
Aug᷒. Nemo aūt debet qȯ nō accępit: Et
quisq̄s debet/ cui debet/ nisi a q̄ accępit vt
debeat? Nā ꝛ q̄ reddūt̄ tralegādo/ ei reddū
tur qui tralegauerat: Et qȯ creditoꝝ iustis
successoribus reddit̄: ipsis vtiꝗ̄ reddit̄ qui/
bus isti iure succedūt: Aliter nō redditio/ s
cessio vel amissio/ vel si quid aliud huiusce/
modi/ nominanda ē. Quapropter oīa tpa/
lia q̄ in hoc rerū ordine locata sunt/ vt nisi
deficiant/ nō possint ꝑteritis futura succe/
dere/ vt tota tēpoꝝ in suo genere pulchri/
tudo ꝑagat̄: absurdissime dicimus nō de/
bere deficere. Quantū eñ accęperūt/ tan/
tū agūt: et tantū reddūt ei cui debēt ꝙ sūt
inquātū sūt. Qui eñ dolet ea deficere/ ser/
monē suū oportet attēdat: eo certe ipso ꝙ
ista conqueri̅t/ si iustū et prudentia ꝑfectū
esse arbitrat̄: cuius sermonis quod ad sonū
eius attinet/ si quis vnā particulā diligat:
nec eā velit cęteris deficiēdo locū dare: q̄b᷒
decedētibus ꝛ succedētibus totus ille ser/
mo contexit̄/ mirabilis demētię iudicabit̄.
In his igit̄ rebus q̄ ideo deficiunt/ q̄z non
vltra esse accęperunt/ vt suis tēporib᷒ om/
nia peragant̄/ nemo defectū recte vitupe/
rat: quia nemo pōt dicere/ debuit ꝑmane/
re: cū acceptas metas trāsire nō posset. In B
creaturis aūt rationalibus/ quib᷒ siue pec/
cātibus siue nō peccātibus/ vniuersat̄ pul/
chritudo modis congruētissimis termina/
tur: aut nulla peccata sūt/ qȯ absurdissimū
ē dicere: peccat eñ saltē q̄ vl̄ damnat qua/
si pctā q̄ nulla sunt: aut nō sunt vituperan
da pctā: qȯ nihilomin᷒ absurdū ē: Incipi/
ent q̄ppe nec recte facta laudari: ꝛ tota tur/
babit̄ humanę mētis intētio/ vitamꝗ̄ sub/
uertet: aut vitupabit̄ factū qȯ ita factū est
vt debuit: ꝛ execrabilis īsania/ vel vt miti᷒
loquar/ error miserrim᷒ orit̄ : aut si cogit
verissima ratio/ sicuti cogit/ vt et vitupent̄
pctā: ꝛ quicq̄d recte vitupat̄ ideo vitupat̄/
q̄z non ē ita vt esse debuit. Quęre q̄d de/
beat natura peccatrix: ꝛ inuenies recte fa/
ctū. Quęre cui debeat/ ꝛ īuenies deo: A q̄
eñ accępit posse recte facere cū velit: ab eo
accępit vt sit etiā misera/ si nō fecerit: ꝛ bea
ta/ si fecerit. Quia eñ nemo superat leges
oīpotētis creatoris/ non sinit̄ aīa nō red/
dere debitū. Aut eñ reddit bñ vtendo qȯ
accępit: aut reddit amittēdo quo bene vti
noluit. Itaꝗ̄ si nō reddit faciēdo iusticiā/
reddet patiēdo miseriā: quia in vtroꝗ̄ ver/
bum illud debiti sonat: Hoc eñ etiā modo
dici potuit qȯ dictū ē: si nō reddit faciēdo
qȯ debet/ reddet patiendo qȯ debet. Nul/
lo autē tēporis interuallo ista diuidunt̄/ vt
quasi alio tēpore nō faciat qȯ debet/ ꝛ alio

patiatur qđ debet: ne vel puncto tēporis
vniuersalis pulchritudo turpet᷑/vt sit in ea
peccati dedecus sine decore vindicte. Sed
in futuꝝ iudiciū seruat᷑ ad manifestationē
atq; acerrimū sensum miserie/quicqd nunc
occultissime vindicat᷑. Sicut eñ qui nō vi-
gilat dormit: sic quisquis non facit qđ de-
bet/sine interuallo patit᷑ qđ debet: qm̄ tan
ta est beatitudo iusticie/vt nemo ab ea nisi
ad miseriā possit abscedere. In omnib⁹ er-
go defectib⁹ aut non acceperūt vltra esse ꝗ̄
deficiūt: ⁊ nlla culpa ē: sic̄ ⁊ cū sūt/q2 nō ac-
ceperūt ampl⁹ esse ꝗ̄ sūt/ nihilomin⁹ nul-
la culpa ē: aut nolūt eē/qđ si vellēt/eē acce-
que dispondeus obtinet: excedat tn̄ nume
rū q̄ttuor syllabaꝝ? Di. Quere q̄so. Ma.
Immo tu quere me potius q̄ teipsum ro/
gas: An tibi non videt sine vlla fraude vl
offensione auriū/siue qd̄ ad plausū/siue ad
diuisionē pedū/ siue qd̄ ad spaciū tempori
ptinet/ ꝑ vna longa syllaba duas posse po
ni breues? Di. Quis hoc negauerit? Hinc
ergo est q̄ pro iambo vel chorio tribra/
chum ponimus: ⁊ ꝑ spondeo dactylū/ vel
anapestū/vel pceleumaticū/cū vel ꝑ secū/
da eius/vel ꝑ prima duas breues ponim⁹/
vel q̄ttuor ꝑ vtraq₃. Di. Assentior. Ma.
Fac igitur hoc idē i ionico quolibet vl alio
quopiā quadrisyllabo sex tempoꝝ pede:
⁊ ꝑ vna eius quacunq₃ longa duas breues
cōstituas: num quicq̄ mensure deerit/aut
plausui resistit? Di. Nihil oīno. Ma. Cō
sidera ergo quot syllabe fiūt. Di. Quinq₃
fieri video. Ma. Vides certe posse q̄ttu/
or syllabaꝝ numeꝝ excedi. Di. Video sa/
ne. Ma. Quid si ꝑ duab⁹ q̄ ibi sunt lōge/
q̄ttuor breues posueri: nōne i vno pede sex
syllabas necesse ē metiri? Di. Ita ē. Ma.
Quid si cuiuslibet epitriti oēs lōgas sol/
uas i breues: nū etiā de septē syllab dubitā
dum est? Di. Nullo mō. Ma. Quid ipse
dispōdeus? nōne octo efficit/cū ꝑ oībus

744

longis binas breues locamus? Di. Verif/
simū est. Ma. Quę igit ratio ē qua cogi/
mur etiā multarū syllabaꝝ metiri pedes: ꝛ
Ar. † vnū quinq; pedē q̄ adhibet ad † numeros / nō excede/
re quattuor syllabas/aū tractatꝰ rationibꝰ
ꝯsitemur? Nōne tibi videnł inter se ista pu
gnare? Di. Immo maxime: ꝛ quō istuc pa
cari possit ignoro. Ma. Etiā hoc facile ē/
si teipsum rursum interroges/vtꝝ rationa
biliter inter nos paulo ante ꝯstiterat/ideo
pyrrhichiū et ꝓceleumaticū plausu debere
dijudicari atq̧ discerni: ne sit vllus pes le/
gitimę diuisiōis q̄ rhythmū nō faciat.i. vt
ex eo rhythmꝰ nomineł. Di. Hoc vō me/
mini: et non inuenio cur mihi placuisse pę/
B nitear: sed quorsū ista? Ma. Quia scilicet
hi omnes pedes quaternarū syllabaꝝ/ ex/
cępto amphibracho/rhythmū faciūt.i. pn/
cipatū in rhythmo tenēt: eūq̧ iussu et noīe
afficiūt: Illi vō qui plures q̄ꝫ quattuor syl
labas habent/multi quidē ꝓ his poni pos/
sunt/ſ ipsi ꝑ se rhythmū facere/ ac rhythmi
nomē obtinere nō possūt: et ideo ne pedes
q̄dē istos appellandos putauerūt. Quobrē
repugnantia illa q̄ nos mouebat/iā vt opi
nor cōposita ē ꝛ sopita: qm̄quidē licet ꝛ plu
res syllabas q̄ꝫ quattuor ꝓ aliquo pede po
nere: ꝛ pedē tn̄ nō appellare/nisi cū q̄ rhyth/
mus efficiatur: Oportebat eī pedi ꝯstitui
aliquē modū ꝓgressionis i syllabis. Is aūt
modus ꝯstitui potuit/qui ō ipsa numeroꝝ
ratione trāslatus/in q̄ternario ꝯstitit: Ita/
q̧ longarū syllabaꝝ quattuor pes esse po/
tuit: Cū autē pro eo breues octo cōstitui/
mus: qm̄ tantū spacij habēt in tempore/ ꝓ
altero poni ꝑit. Quia vō legitimā ꝓgres/
sionē.i. quaternariū numerū excedūt: ꝓ se
ipsi poni/ac rhythmū gignere nō sensu au/
riū/sed disciplinę lege ꝓhibenł: nisi contra/
dicere aliquid paras. Di. Paro sane: et iā
faciā. Nam quid impediebat vsq̧ ad octo/
narium numerū syllabarū progredi pedē/
cum eundē numerū ad rhythmum admit/
ti posse videamus? Neq̧ eī me mouet/ ꝙ
pro alio dicis admitti: immo hoc nūc ma/
gis admonet quęrere: vel potius queri/ ꝙ
non etiā suo nomine admittitur qui ꝓ alio
potest. Ma. Non mirꝫ est ꝙ hic falleris/ſ
facilis explicatio veri ē: Nō omittā tanta
quę ꝓ quaternario numero iā ante dispu/
tata sunt / cur vsq̧ ad illū fieri debeat pro/
gressio syllabaꝝ. Fac me iā cessisse tibi ꝛ cō
sensisse vsq̧ in octo syllabas pedis debere
longitudinē porrigi: num resistere poteris
esse iā posse octo longarū syllabaꝝ pedē?
Certe eī ad aliquē numeꝝ syllabarū cum
ꝑuenit pes: nō solū ad eū ꝑuenit q̄ breuibꝰ/
sed etiā q̄ longis syllabis ꝯstat. Quo fit vt
adhibita rursus ea lege q̄ abrogari nō pōt/
duas breues ꝓ vna lōga poni licet/ad sede/
cim syllabas ꝑtendamꝰ. Vbi si rursus pe/
dis incrementū statuere volueris/ i trigin/
taduas breues ꝓficiscimur: huc quoq̧ ra/
tio tua pedē te cōpellit adducere: et rursus
lex illa duplū numeꝝ breuiū ꝓ longis loca/
re: atq̧ ita nullus ꝯstituet modus. Di. Iā
cedo rationi/qua vsq̧ ad quaternariū syl/
labarū numerū ꝓmouemꝰ pedē. Pro his
autē legitimis pedibus poni oportere pe/
des pluriū syllabaꝝ/dū breues duę vnius
longę locū occupant/non recuso.

Quid de quinq̧ vel sex syllaba/rū pedibus sentiendum: Ca. VI.

Facile est ergo te etiā illud (Ma. B
f videre/atq̧ cōcedere: alios pedes
esse ꝓ his/penes q̄s rhythmi ē pn/
cipatus: alios qui cū his collocātur. Nam
vbi ꝓ longis singulis geminanł breues/ ꝓ
eo q̄ rhythmū obtinet aliū collocamꝰ: ve/
lut ꝓ iābo/ ꝛ trocheo tribrachū: aut ꝓ spon
deo dactylū/aut anapestū/aut ꝓceleuma/
ticū. Vbi vō non idē fit: non ꝓ eo/ ſ cū eo
ponitur quisquis misceł inferior: vt cū da/
ctylo anapestus: cū ionico vō quolibet di/
iambus vel dichoreus: et similiter suo iure
cū cęteris. An paꝝ tibi dilucidū vel falsum
videtur? Di. Iā intelligo. Ma. Respon/
de ergo vtꝝ illi qui ꝓ alijs ponunł/possint
etiā ipsi ꝑ se facere rhythmū. Di. Possūt.
Ma. Omnes ne? Di. Oēs. Ma. Ergo
et q̄nq̧ syllabaꝝ pes potest suo noīe rhyth
mū facere: qr ꝓ bacchio vel cretico vel q̄li/
bet peone poni potest. Di. Non pōt qui/
dem: sed iam istū non vocari pedē/ si pro/
gressione illius vltra quaternariū nume/
rū transeat/satis memini: Ego autē cū om
nes posse rn̄di / pedes vtiq̧ posse respōdi.
Ma. Laudo etiā in nomine retinēdo di/ B
ligentiā et vigilantiā tuā. Sꝫ scias multis
etiā esse visum/senariū syllabaꝝ pedes nū/
cupandos: sed amplius ꝙ sciā nemini pla/
cuit. Et illi qbꝰ hoc placuit/negauerunt ad
rhythmū/ aut ad metrū ꝑ se gignendū taꝫ
lōgos pedes adhibere oportere. Itaq̧ ne

nomina quidē his īdiderūt: Quocirca ve/
rissimus ē ille ꝑgressionis modus/qui vsq3
ad q̄ttuoꝛ syllabas ꝑuenit: q̄ñquidē hi om/
nes pedes quibus diuisis duo fieri nō pos/
sunt / cōiūcti pedē facere potuerūt: ⁊ ita in
sextā syllabā vsq3 ꝑgressi sunt: nomen tñ
pedis in eos qui quartā excesserūt/trāsfer/
re ausi sunt: Ad ꝑncipatū ꝟo qui ē ī rhyth/
mis ⁊ metris/ nullo mō eos aspirare sciue/
runt. Sȝ cū ꝓ lōgis breues duplicanł/etiā
ad septimā atq3 octauā/vt iā ostēdit ratio/
syllabā ꝑuenił: ad quē numeꝝ nemo teten
dit pedem. Sed qm̄ video ꝯstare inter nos
quēlibet pluriū q̄3 quattuoꝛ syllabaꝝ/cū ꝓ
longa duas breues ponim⁹: nō cū his legi/
timis pedibus/ſ ꝓ his posse poni/neq3 ꝑ se
ipos rhythmū creare/ne in infinitū eat/qꝺ
ratione finienduȝ est: satis iā inter nos de
rhythmo existimo disputatuȝ: Transeam⁹
ad metra si placet. Di. Placet ꝟo.

De metro quibus ⁊ quot consti
tuatur pedibus: Ca. VII. Ma.

A Jc igił: Metrū ne arbitraris pedi/
d bus fieri/an pedes metro? Di. Nō
intelligo. Ma. Pedes ne ꝯiuncti
metrū creant: an metris ꝯiūctis pedes cre/
antur? Di. Scio iam quid dicas: ⁊ ꝯiūctis
pedib⁹ metrū fieri puto. Ma. Cur tandē
id fieri putas? Di. Quia inter rhythmū ⁊
metrū hoc interesse dixisti/ꝙ ī rhythmo cō/
textio pedū nullū certū habet finē: in me/
tro ꝟo habet: Jta ista ꝯtextio ⁊ rhythmi ⁊
metri esse intelligił: sed ibi infinita/hic au/
tē finita ꝯstat. Ma. Ergo vnus pes me/
trum non est. Di. Nō vtiq3. Ma. Quid
vnus et semipes? Di. Ne hoc q̄dē. Ma.
Quare? An quia metrū pedibus cōstat: nec
vtiq3 possūt dici pedes vbi nusq̄3 duo sūt?
Di. Jta est. Ma. Jnspiciamus igił me/
tra illa q̄ a me pauloan̄ cōmemoꝛata sūt: ⁊
videam⁹ quib⁹ pedib⁹ ꝯstēt: Nō eñ te ī hoc
genere animaduertēdo rudē esse adhuc de/
cet: Ea sunt autē: Jte igił camęnę Fonti/
culę puellę: Quę canitis sub antrł Melli/
fluos sonoꝛes. Satis hęc esse ad id qꝺ intē/
dimus puto: Tu iā metire ista: ⁊ quos ha/
beant pedes renūcia. Di. Omino nō pos/
sum: Eos eñ metiēdos puto/ qui sibi legi/
time copulari queūt: nec valeo me hinc ex/
pedire. Si eñ pꝛimū choꝛiuȝ fecero/sequił
iambus: qui tēpoꝛib⁹ par est/sed non simi/
liter plaudił: si dactylū/non sequił al⁹ qui
ei saltē tempoꝛibus coęqueł: si dichoꝛiū/
eadē difficultas est: Qꝺ eñ restat/nec tem/
poꝛibus cū eo/nec plausu conuenit: Qua/
re aut hoc metrū nō est/aut falsum ē qꝺ in/
ter nos de pedū copulatione dissertuȝ est:
Nam quid aliud dicā non inuenio. Ma.
Metꝝ quidē esse ⁊ in eo ꝙ plus est q̄3 pes/ B
certūq3 finem habet/ ⁊ ipsarū aurium iudi/
cio conuincimur. Non eñ tā suaui sonaret
ęqualitate: aut motu tā cōcinno clauderel/
si nō inesset illa numerositas/q̄ ꝑfecto esse
nisi ī hac parte musicę nō potest. Falsa ve/
ro esse q̄ inter nos ꝯstiterunt/miroꝛ q̄d exi/
stimes: Non eñ aut numeris quicq̄3 est cer
tius: aut illa pedū cōmemoꝛatione ⁊ colla/
tione oꝛdinatius: Nā ex ipsa numeroꝝ oꝛ/
dinatione/quę nullo mō fallit/ expꝛessū est
quicquid ī eis sit ad mulcēdas aures/et ad
obtinendū in rhythmo pꝛincipatū valere
ꝑspeximus. Sed vide potius cū sępe repe/
to. Quę canitis sb̄ antris: demulceoq3 ista
numerositate sensū tuū. Quid distat inter
hoc ⁊ si adderē ad finē huius breuē aliquā
syllabā: et itē istoc eodē mō repeterē: Quę
canitis sub antrisve? Di. Utrūq3 mihi io/
cunde illabił auribus. Hoc tamen posteri⁹
quo vnā syllabā addidisti/breuē plus tene/
re spaciꝫ ac tēpoꝛis/siquidē longius factuȝ
est/cogoꝛ fateri. Ma. Quid cū illud supe/
rius: Quę canitis sub antris: ita repeto vt
post finem nihil silcā: eadē ne ad te iocun/
ditas ꝑuenit? Di. Jmmo nescio quid clau
dū me offēdit/nisi foꝛte illā vltimā plus q̄3
ceteras longas ꝓduxeris. Ma. Ego siue
idipsū ampli⁹ qꝺ ꝓducił/ siue qꝺ sileł pꝛo/
duxero/ censesne in t̄pe habere aliq̄d spaciꝫ
qualiter potest? Di. Recte censeo.

De silentioꝛū spacijs metris in/
terponēdis: ⁊ de eoꝛundē modo ⁊
diuturnitate: Ca. VIII. Ma.

Ed dic mihi etiā/ quantū spacium A
ſ putas esse? Di. Metiri hoc omni/
no difficile ē. Ma. Uex dicis. Sȝ
nonne tibi videł breuis syllaba id metiri:
quā cuȝ addimus neq3 longę vltimę vltra
solitā productionē/neq3 vllū silentiū ī eius
metiri repetitione sensus desiderauit? Di.
Omino assentioꝛ: Nā recte illꝺ superi⁹ ꝓnun
ciāte te atq3 repetēte/ hoc posteri⁹ ego apꝺ
me ipse repetebā: pariter tecū ita sensi idē
spaciū t̄pis ambob⁹ occurrere cum silentio
suo breuis me vltima conueniret. Ma.

745

Teneas igit̃ oportet hec silentiorū spacia
certa ĩ metris esse: Quare cū inueneris ali/
quid deesse pedi legitimo: considerare te
oportebit/ vtrum dimenso atq; annume/
rato silentio cōpenset̃. Di. Teneo iā istuc:
B persequere cetera. Ma. Uideo iam nos
querere debere ipsius silentij modū: iamq;
ĩ hoc metro vbi post choriambū bacchium
comperimus/ quia vnū tempus deest: vt si
sex temporum esset choriamb⁹/ facillime id
aures senserunt: et in repetitione tāti spa-
cij silentiū iterponere coegerūt/ quantum
syllaba occuparet breuis: ⁊ si post choriā/
bum locetur spondeus/ duo nobis tēpora
cū silentio pagenda sunt ad caput redeun/
tibus/ veluti hoc est: Que canitis fontem.
Nam te sentire iā credo silentiū esse: vt cū
redim⁹ ad caput/ plausus nō claudicet. Sz
vt expiri queas quanti silētij hui⁹ mensura
sit/ adde vnā syllabā longā vt fiat: Que ca
nitis fontē vos: atq; hoc cū plausu repetes:
videbis tantū occupare tēpis plausū/ quan
tū ĩ supiore occupabat cū ibi due lōge post
choriambū/ h̄ tres sint locate: Uñ apparet
duum ibi tempoꝝ interponi silentiū. At si
post choriambū iam hi locētur/ sicut hoc ē:
Que canitis locos: tria tēpora silere cogi/
mur: qd̄ vt expleret̃/ addūtur siue p alterū
iambū/ siue p choriambū/ siue p tribrachū
vt sit: aut/ Que canitis locos bonos: aut/
Que canitis locos montes: aut/ Que ca/
nitis locos nemore. His cū additis/ cum
sine silētio iocūda et equalis repetitio mo/
uet: ⁊ plauso adhibito tantū spacij hec tria
singula tenere inueniunt̃/ quantū illud ĩ q̄
silebamus/ manifestū sit triuz temporū ibi
esse silētiū. Potest post choriambū vna syl
laba longa ↄstitui/ vt quattuor tēpora sile/
ant̃: Nā etiaz sic choriamb⁹ diuidi pōt/ vt
simplo ⁊ duplo leuatio sibi positioq; ↄue/
niant. Hui⁹ metri exemplū ē: Que canitis
res. Cui si addas vel duas lōgas/ vel lōgā
⁊ duas breues/ ⁊ breuē ⁊ longā ⁊ breuē/ vel
duas breues ⁊ longā/ vl' quattuor breues:
implebis septē tēpoꝝ pedē/ vt nullo desi/
derato silentio repetatur. Talia sunt: Que
canitis res magnas: Que canitis res ĩ bo/
na: Que canitis res bonū ve: Que canitis
res teneras: Que canitis res/ et alia. Di.
C Nō bñ. Ma. Quibus cognitis atq; ↄces/
sis/ credo tibi iā sat' apparere: nec min⁹ vno
tpe silere posse: nec plus quattuor tēpori/
bus sileri oportere: Nā et ipsa ē illa de qua
iā multa dicta sunt moderata ꝓgressio: ⁊ ĩ
oīb⁹ pedib⁹ nulla leuatio aut positio am
plius q̄ q̄ttuor occupat tēpora. Itaq; cum Metrū quod dicatur.
aliq̄d canitur siue ꝓnunciat̃ qd̄ habeat cer
tū finē: ⁊ plus habeat q̄ vnū pedē: ⁊ natu/
rali motu atq; ↄsideratione numeroꝝ sen/
sum quadā eq̄litate demulceat/ iā metꝝ ē.
Q̄q̄ eī minus habeat q̄ duos pedes: tñ
q: excedit vnū ⁊ silere cogit/ nō sine mēsu/
ra/ s̄ quantū implēdis tēporib⁹ satis ē/ q̄ al
teri debentur pedi/ p duobus pedibus au
ditis accipitur: quoꝝ duoꝝ pedū occupat
tēpora donec ad caput redeatur: dū annu/
meratur sono etiā certū atq; dimensuz in/
terualli silētiū. Sed iam mihi dicas velim/
vtrū his q̄ dicta sūt cognit' assentiar̃? Di.
Cognoui ⁊ assērior. Ma. Mihi ne credēs/
an p te ipē v̄a eē ꝓspiciēs? Di. Per me ip
se sane: q̄uis dicēte te v̄a hec eē cognosco.

Usq; ad quot pedes ⁊ tempora metrum protendere debeamus.

(Ca. IX.

Ma. Se ergo nūc quo/ A
a niam inuenimus vñ metrū incipi/
at/ inueniamus etiā quousq; ꝓce/
dat: Nā metꝝ incipit a duobus pedibus/
siue ipso sono plenis/ siue ad implendū qd̄
deest annumerato silētio. Quare oportet
te iā respicere ad illā quaternariā ꝓgressio/
nem: mihiq; renūciare vsq; ad quot pedes
metrū tēdere debeamus. Di. Facile istuc
quidē est: Nam octo pedes esse ratio satis
docet. Ma. Quid illud: Recordari' ne di/
xisse nos eū versum a doctis appellatū/ qui
duobus mēbris certa ratione dimensis co
pulatisq; ↄstaret? Di. Bñ memini. Ma.
Cum ergo nō sit dictum duobus pedibus
s̄ duobus mēbris constare versum: cumq;
manifestū sit versum non vnū pedē habe/
re/ s̄ plures: nōne ipsa res indicat longius
membrū esse q̄ pedē? Di. Ita vero. Ma.
At si membra equalia sint ĩ versu: nonne
preposterari poterit/ vt p̄ma pars sine dis/
crimine vltime/ vltima p̄ma fiat? Di. In/
telligo. Ma. Ergo ne accidat satisq; appa/
reat/ discernaturq; in versu aliud esse mē/
brū quo incipit/ aliud quo desinit: nō pos/
sumus recusare inequalia mēbra esse opor
tere? Di. Nullo mō. Ma. Id ergo p̄us in
pyrrhichio consideremus si placet: in quo
iam credo videri tibi minus tribus tempi/
bus membruz esse non posse: q̄ñ id primū

est plusq̄ pes. Di. Assentior. Ma. Ergo minimus versus quot tēpora possidebit? Di. Dicerem sex/ nisi me illa ꝑposteratio reuocaret. Septē ergo habebit: quia minus q̄ tria membrū habere nō potest: Plꝰ autem habere/ nondū ꝓhibitum ē. Ma. Recte intelligis. Sed dic q̄t pedes pyrrhichios habeāt septē tempora? Di. Tres semis. Ma. Debetur ergo vnius temporis silentiū/ dum ad ꝑncipiū reditur/ vt spaciū pedis possit impleri. Di. Debetur sane. Ma. Hoc annumerato q̄t tempora erūt? Di. Octo. Ma. Ut ḡ minimꝰ/ q̄ etiā ꝑmꝰ est pes/ minꝰ q̄ duo: ita minimꝰ q̄ ꝑmus est ꝟsus/ minꝰ habere q̄ octo tp̄a nō pōt. Di.
B Ita ē. Ma. Quid maximꝰ ꝟsus q̄ ampliorē esse nō oporteat/ q̄t tandē tempoꝝ esse debet? Nōne statim videbis si ad illā progressionē retulerimꝰ animū/ de q̄ totiēs tā multa dicta sūt. Di. Iā intelligo ampliorem q̄ trigintaduū tempoꝝ versū esse non posse. Ma. Quid de metri lōgitudine: cēses ne ampliorē eē debere q̄ ꝟsum: cū metrū id qđ est minimū/ tn̄ minꝰ sit q̄ minimꝰ ꝟsus? Di. Non censeo. Ma. Cū ḡ metrū incipiat a duobꝰ pedibꝰ/ versus a q̄ttuor: aut illō a spacio duoꝝ pedū/ h̄ a q̄ttuor annumerato silētio: metꝝ aūt octo pedes nō excedat: nōne cū et versus metrū sit/ necesse erit eum tot pedes ratione nō excedere? Di. Ita est. Ma. Rursus cū ꝟsus nō sit longior q̄ trigintaduū tempoꝝ: ⁊ metꝝ sit etiā lōgitudo ꝟsus/ si ꝯiunctionē duoꝝ mēbroꝝ talē nō habeat qualis in versu ꝑcipitur/ ƒ tn̄ certo fine claudit̄: neq̄ debeat lōgius eē q̄ ꝟsus: nōne manifestū ē vt ꝟsum pedes octo/ ita metrū trigintaduo tēpora excedere nō oportere? Di. Assētior. Ma. Erit ergo idē spaciū tēporis et idē numerꝰ pedū ⁊ metro ⁊ versui/ cōmunisq̄ q̄dā terminꝰ: vltra quē ꝓgredi vtrūq̄ nō debeat: q̄uis metrū q̄druplicatis pedibꝰ/ a quibꝰ esse incipit: versus autē quadruplicatis tēporibus/ a quibus ⁊ ipse esse incipit finiat̄: vt crescendi. s. modū quaternaria illa ratione seruata/ metrū cū versu cōmunicauerit in pedibus/ versus cū metro in temporibꝰ. Di. Intelligo et ꝓbo: atq̄ se habere istam concordiā consensionemq̄ delector.

Diui aurelij augustini hipponensis epi/ de musica liber tertius explicit.

Capitulorum quarti libri de musica/ sancti augustini recollecta annotatio.

Eiusdem diui aurelij augustini hipponensis epi/ de musica liber quartus incipit.

Quam ob causam vltima metri syllaba sit indifferenter accipienda: Capitulū. I. Ma.

Edeamꝰ ergo ad metri considerationem/ ꝓpter cuius ꝓgressū ac longitudinē de versu tecū aliquid agere coactus sum: Cuius tractandi postea nobis ē constitutus locus. Sed ꝑmo illud quęro/ vtrū non repudies/ q̄ vltimā syllabam quę metrū terminat/ seu longa/ seu breuis sit/ po/

74-5

ete atq3 eorũ iudices grãmatici nihil ad rẽ ptinere arbitrati sunt? Di. Omnino repudio: Non eñ mihi videt esse rõnis. Ma. Dic mihi obsecro qḋ metrum sit in pyrrhichio minimum? Di. Tres breues. Ma. Quantũ ergo silendũ est dũ repetit? Di. Unũ tps/ qḋ est vnius breuis syllabe spacium. Ma. Age iam pcute hoc metrũ: nõ voce/ sed plausu. Di. Feci. Ma. Percute etiam hoc mõ anapestũ. Di. Et hoc feci. Ma. Quid tibi visum est interesse? Di. Prorsus nihil. Ma. Quid cause/ cur ita

B sit/ potes ne dicere? Di. Uidetur mihi satis apparere: Nam qḋ in illo ad silẽtiũ/ hoc i isto ad pductionẽ vltime syllabe refert: Nam eodẽ mõ ibi breuis vltima/ vt hic lõga pcutitur: et post tãtundẽ interuallũ redditur ad caput. Sed ibi quiescit donec spaciũ pyrrhichij pedis/ h donec longe syllabe impleat. Ma. Ita in vtroq3 par mora est: qua interposita remeamus. Nõ igitur absurde illi vltimã syllabam metri/ seu longa seu breuis sit/ nihil ad rem ptinere voluerunt: vbi eñ finis est/ silentiũ seqtur/ quantũ ad ipsum metruz attinet qḋ finitur. An eos in hac causa repetitionẽ vllã vel reditum ad caput considerare debuisse existimas: ac non tñmodo quia finitur/ quasi deinceps nihil dicendũ sit? Di. Iã assentior vltimã syllabã indifferẽter esse accipiendã. Ma. Recte. Sed si hoc pper silentiũ sit: qm ita considerandus est finis/ q̄si deinceps nihil sonitur⁹ sit q̄ finierit: ⁊ ob hoc spaciũ tpis in ipsa quiete largissimũ/ nihil distat q̄ ibi syllaba locet: nõne illud ẽ cõsequẽs/ vt ipsa vltime syllabe indifferẽtia/ q̄ ⁊ pper largũ silentij spaciũ ↄcedit/ ad id pficiat/ vt siue ibi breuis syllaba siue longa sit/ eandẽ sibi cur eos p lõga vẽdicent? Di. Uideo plane esse consequens.

Quot syllabis minimũ constituatur pyrrhichium metruz: q̄diu quoq3 silendum: Ca. ii.

Ma.

A Ides ne etiã illud cũ diximus minimũ metrũ esse pyrrhichiũ tres breues syllabas: vt vni⁹ breuis spacio sileat dũ ad initiũ reuertimur/ nihil interesse/ vtrũ hoc metrum/ an pedes anapestos repetamus? Di. Iã hoc quidẽ pauloante illa pcussione pcepi. Ma. Nonne ergo quid hic est confusum/ distinguẽdũ aliqua ratione arbitraris? Di. Omnino arbitror. Ma. Dic vtrum aliam videas esse rationẽ que ista distinguat/ nisi vt metrum pyrrhichiũ nõ illḋ sit minimũ: qḋ tibi videbat i trib⁹ breuib⁹: sed i q̄nq3. Post vnũ eñ pedẽ ac semipedez silere mora semipedis ei⁹ qui debetur implẽdo pedi/ atq3 ita redire ad initiũ: ⁊ hoc minimũ metrũ i pyrrhichio ↄstituere/ non nos sinit anapesti parilitas: vt iam demonstratũ est: quare post duos pedes ⁊ semipedẽ silendũ est illud vnũ tẽpus/ si confusione carere volum⁹. Di. Cur eñ non duo pyrrhichij sunt minimũ metrum in pyrrhichio: ⁊ quattuor syllabe breues pott⁹: post q̄s silere op⁹ non sit/ q̄ q̄nq3 post quas op⁹ sit? Ma. Uigilãter quidẽ: sed non caues ne ab hoc te ita pceleumaticus/ vt ab illo anapest⁹ excludat? Di. Uerũ dicis. Ma. Placet ergo hic modus in q̄nq3 breuibus/ ⁊ silentio vni⁹ tpis? Di. Placet vero. Ma. Uidetur mihi oblitũ esse te/ queadmodũ i rhythmo diximus posse discerni/ vtrũ pyrrhichio an pceleumatico curreret. Di. Bñ admones: Nã plausu istos nũeros abinuicẽ distinguẽdos cõperim⁹: q̄re iã neq3 h istũ pceleumaticuz metior/ quẽ plausu adhibito a pyrrhichio discernere potero. Ma. Cur igitur nõ eũdẽ plausũ adhibendũ vidisti/ vt ab illis trib⁹ breuib⁹. i. pyrrhichio ⁊ semipede/ post quẽ oporteret vnũ tps silere/ discerneretur anapestus? Di. Iã itelligo ⁊ i viã redeo: metrũq3 in pyrrhichio minimũ tres syllabas breues/ q̄ annumerato silẽtio duorũ pyrrhichiorũ tps occupãt/ esse ↄfirmo. Ma. Probãt q̄ aures tue

B hoc gen⁹ numeri: Si aliqua bñ vis/ bene dic: bñ fac anim⁹: Si aliqua male vis/ male dic/ male fac: anim⁹ mediũ ẽ. Di. Satis pbãt: p̄sertim cũ iã recordat⁹ sim queadmodũ eos plaudi oporteat/ ne cuz metro pyrrhichio anapesti ↄfũdant pedes. Ma. Uide et ista: Si aliqd es/ age bñ: male q̄ agit nihil agit: ⁊ ideo miser erit. Di. Suauit etiam ista se insinuãt: nisi vno loco/ vbi finis tertij cũ initio q̄rti copulat. Ma. Idipsũ omnino ẽ qḋ a tuis aurib⁹ desideraui: Non eñ frustra sensus offenditur/ cũ oim syllabarũ nullo interposito silentio tpa singula expectat: quã expectationẽ pfecto fraudat ↄcursus duarũ consonantiũ t et n: que p̄cedentẽ vocalẽ longam esse cogunt: ⁊ in duo tempora extendunt: qḋ genus grãmatici positione longã syllabã vocãt. Sed pper

tiã vltimę syllabę indifferẽtiã/nemo crimi
natur hoc metrũ/cũ id sincęre atq̧ sęuere
aures etiã sine accusatore condemnet: Nã
vide quęso quantũ interest/si ꝓ eo qḋ est:
Male qui agit/nihil agit/dicat: Male qui
agit hõ/perit. Di. Hoc sane liquidum at-
q̧ integrũ ẽ. Ma. Hoc ergo nos obserue-
mus ꝓpter musicę sincęritatem/qḋ poetę
non obseruant ꝓpter facilitatẽ canendi: vt
q̃tiens/exempli causa/nobis necesse ẽ ali-
qua metra interponere/i quibus nihil de-
betur pedi qḋ silentio compensetur: eas po-
namus vltimas syllabas quas lex eiusdem
numeri flagitat: nec cũ aliq̃ offensione au-
riũ & falsitate mensurę/a fine ad initiũ rede
amus: concedẽtes tamẽ illis vt ita metra
talia finiant/quasi deinceps nihil dicturi:
& ideo extremã syllabã seu longã seu breuẽ
impune ↄstituant: Nã in ↄtinuatione me-
troꝝ aptissime conuincũtur auriũ iudicio/
non se debere ponere vltimã/nisi q̃ in ipsi-
us metri iure atq̧ ratione ponẽda est. Hęc
autẽ ↄtinuatio fit/cũ pedi nihil debetur ꝓ-
pter quod silere cogamur. Di. Intelligo &
gratũ habeo q̧ talia pollicerĩs exempla/q̧-
bus nullã patiatur sensus iniuriã. Age nunc
ordine de his quoq̧ renuncia pyrrhichijs.

Pyrrhichiorũ metroꝝ ordo et numerus: Ca. III.

Ma.
A Quid erit homo
q Qui amat hominem/
Si amet in eo
Fragile quod est?
Amet igitur
Animum hominis:
Et erit homo
Aliquid amans. Quid hęc videntur?
Di. Quid nisi suauissime atq̧ integerrime
currere? Ma. Quid ista?
Bonus erit amor:
Anima bona sit:
Amor enim habitat.
Et anima domus.
Ita bene habitat
Ubi bona domus:
Ubi mala/male.
Di. Etiã ista ↄtinuata suauissime accipio.
Ma. Nunc tres semipedes vide.
Animus hominis est:
Mala bona ve agitans.
Bona voluit habet:
Mala voluit habet.

Di. Hęc q̧ interposito vnius tp̃is silen-
tio iocunda sunt. Ma. Sequuntur quattu-
or pleni pyrrhichij: hęc accipe et iudica.
Animus hominis agit
Ut habeat ea bona
Quibus inhabitet homo/
Nihil ibi metiuntur.
Di. In his q̧ certa & iocũda mensura est.
Ma. Audi iã nũc nouẽ syllabas breues:
Hõ malus amat & eget: (Audi & iudica.
Malus etenim ea bona amat
Nihil vbi satiat eum.
Di. Prome nũc q̃nq̧ pyrrhichios. Ma. B
Leuilia fragilia bona:
Qui amat homo/similiter habet.
Di. Iam hoc sat ẽ & probo: nunc adde se-
mipedem. Ma. Faciam.
Uaga leuia fragilia bona/
Qui amat homo similis erit.
Di. Bene prorsus: et sex iam expecto pyr-
rhichios. Ma. Et hos audi.
Uaga leuicula fragilia bona:
Qui adamat homo similis erit eis.
Di. Satis est: Adde semipedem.
Ma. Fluida leuicula fragilia bona/
Quę adamat anima similis erit eis.
Di. Sat ẽ et bñ ẽ: da iã septẽ pyrrhichios.
Ma. Leuicula fragilia gracilia bona.
Quę adamat animula similis erit eis.
Di. Accedat his semipes: nam hoc elegã-
ter se habet.
Ma. Uaga fluida leuicula fragilia bona
Quę adamat anima/fit ea similis eis.
Di. Octo pedes restare iam video. Ma.
Ut iam istas minutias euadam⁹: q̧q̧ eũ
approbent aures naturali quadam dimen-
sione qḋ sonas: nolim te tamen tot breues
syllabas quęrere: quas ni fallor/contextas
inuenire in coniunctionem verboꝝ diffici-
lius est/q̧ si eis miscere longas liceret: Ni-
hil te fallit: et vt tibi ꝓbem gratulationem
meam: qḋ hinc aliq̃ transire ꝑmittimus:
metrum qḋ restat/huius generis sententia
faciliore componam.
Solida bona bon⁹ amat/et ea q̃ amat ha-
Itaq̧ neget & amor & ea bona de⁹ ẽ. (bet.
Di. Habeo cumulatissime perfecta metra
pyrrhichij.

De metro iambico: Ca. IIII:

Sequuntur iambica/de quib⁹ mihi
s singul bina exẽpla sufficiũt/q̃ nul-
la interpellatione audire delectat.

Ma. Geram tibi morē: s ista q̄ iā peregimᵘ quot sūt? Di. Quattuordecim. Ma. Quot etiā iambica fore credis? Di. Eque quattuordecim. Ma. Quid si I eis velim ꝓ iambo tribrachū ponere: nonne multiformior varietas erit? Di. Manifestuȝ est quidē: sed ego exempla ista in solis iambis audire cupio/ ne longū faciamᵘ: Pro quauis enī lōga syllaba duas breues posse poni/ facilis disciplina est. Ma. Faciā quod vis: gratumq; habeo ꝙ intelligentia seq̄ci minuis laborē meū: Sed autē ad iambicū ꝑge. Di. Istic sum: incipe.

Ma. Bonus vir beatus.
Al. sed est Malus miser sibi † est malū.
Bonus beatus/ deus bonum eius.
Bonus beatus est: deus bonum eius est.
Bonus vir est beatus:
Uidet deum beate.
Bonus vir/ ꝛ sapit bonum.
Uidens deum beatus est.
Bonus deum videre qui vult
Bonus qui viuit hic videbit.
Bonum videre qui cupit diem:
Bonus sit hic/ videbit ꝛ deum.
Beatus est bonus/ fruens enim est deo:
Malus miser/ sed ipsa pęna fit sua.
Beatus est videns deum/ nihil cupit plus.
Malus bonum foris req̄rit: hinc egestas.
Beatus ē vidēs deū: nihil boni amplius.
Malus bonū foris reqrit: hinc eget miser.
Beatᵘ ē vidēs deū/ nihil boni amplIᵘ vult.
Malᵘ foris bonū reqrit: hinc eget miser fit.
Beatus ē videns deū/ nihil boni amplius (volet.
Malus foris bonū requirit: hinc eget miser homo.

De metro trochaico: Ca. V. Di.

Trocheus est/ ꝓme trochaica: Naȝ ista sese habent optime. Ma. Faciam/ et eodem mō quo iambica.

Optimi non egent.
Ueritate non egetur.
Ueritas sat est semper hęc manet.
Ueritas vocatur ars dei supremi.
Ueritate factus est mūdus iste quē vides.
Ueritate facta cuncta quę gignit videmᵘ.
Ueritate facta cūcta sunt/ omniūq; forma veritas.
Ueritate cunctā facta cerno/ veritas manet/ mouentur ista.
Ueritate facta cernis omnia/ veritas manet/ mouentur omnia.
Ueritate facta cernis ista cuncta/ veritas tamē manet/ mouentur ista.
Ueritate facta cuncta cernis optime/ veritas manet/ mouentur hęc/ sed ordine.
Ueritate facta cuncta cernis ordinata: veritas manet/ nouās mouet qd̄ enouat.
Ueritate facta cūcta sunt ꝛ ordinata sunt: veritas nouat manens/ mouentur vt nouentur hęc.
Ueritate facta cūcta sūt/ ꝛ ordinata cūcta: veritas manens nouat/ mouentur vt nouentur ista.

De metro spōdaico: Ca. VI. Di.

Spondeū sequi video: Nam ꝛ trocheus satis auribus fecit. Ma. Hęc sunt metra spondei.

Magnorum est libertas.
Magnū est munus libertatis.
Solus liber fit/ qui errorē vincit.
Solus liber viuit qui errorem iam vincit.
Solus liber vere fit/ qui erroris vinclum iam vicit.
Solus liber nō falso viuit/ qui erroris vinculum iam deuicit.
Solus liber iure ac vere viuit/ qui erroris vinculum magnᵘ deuicit.
Solus liber iure ac nō falso viuit/ qui erroris vinclum funestū deuicit.
Solus liber iure ac vere magnᵘ viuit/ q̄ erroris vinclum funestum iam deuicit.
Solus liber iure ac nō falso magnᵘ viuit/ q̄ erroris vincluȝ funestū prudēs deuicit.
Solus liber iure ac nō falso securᵘ viuit/ q̄ erroris vinclū funestū prudens iam de- (uicit.
Solus liber iure ac non falso securus iam viuit/ qui erroris vincluȝ tetrū ac funestum prudens deuicit.
Solus liber iure ac non falso securā vitam viuit/ qui erroris vinclum tetrum ac funestum prudens iam deuicit.

Tribrachi metra quot sint: Ca. VII

Et de spōdeo habeo qd̄ re- (Di. quirā/ veniamᵘ ad tribrachū. Ma. Ita fꝫo: Sed cū omnes quattuor superiores pedes de quibus dictū est/ quattuor ꝛ dena metra pepererint/ q̄ fiūt simul sex ꝛ q̄nquaginta: plura sunt expectāda de tribracho: In illis enī cū spaciū semipedis in silētio ē/ plus vna syllaba nō silet: in hoc autē cū silemus: nū cēses vnIᵘ breuis syllabę spacio tm̄mō sileri oportere: an ꝛ duarū breuiū mora silētio ꝯtineri posset? Quādē

nemo dubitauerit duplicē hui⁹ esse diuisi/
onē: Nāq̃ aut ab vna icipit/finitur ad du/
as: aut contra incipiēs a duabus/ vna ter/
minatur: Quare hūc necesse est viginti et
vnū metra ꝑcreare. Di. Verissimū ē: Nā/
q̃ incipiunt a quattuoꝛ breuibus/ vt duo
tpa sileamus: Deinde quinq̃ sūt/vbi vnū
silemus: Tertio sex/ vbi nihil silenduʒ est.
Quarto septē/ vbi rursus duo tpa silenda
sunt: Inde octo/vbi vnū. Sexto nouē/vbi
nullū: atq̃ ita cū singulę adduntur/ donec
ad vigitiquattuoꝛ syllabas veniaᷓ/ q̃ octo
sūt tribrachi/vigintiunū oīno metra cōplē
B tur. Ma. Expeditissime rōnem secut⁹ es:
sed censes ne vbiq̃ a nobis exempla eē ꝓ/
menda? An ea q̃ illis quidē ꝑmis pedibus
subiecim⁹/ satis putandū est luminis cęte/
ris esse ꝑbitura? Di. Meo q̃dē iudicio sa/
tis. Ma. Nec ego nūc aliud reqro q̃ tuū.
Verūtamē quoniā iam optime scis ī pyr/
rhichijs metris notato plausu posse tribra
chū duplicī ꝑcuti: q̃ro vtꝝ pyrrhichij ꝑmū
metrū possit etiā tribrachi metrū habere?
Di. Nō pōt: Mai⁹ enī metrū opoꝛtet esse
q̃ pedē. Ma. Quid secūdum? Di. Pōt.
Nam breues quattuoꝛ pyrrhichij duo sūt.
tribrachus vnus est et semipes/ ita vt ibi
nullū/hic duo tpa sileamus. Ma. Nota/
to igiᷓ plausu habes in pyrrhicijs etiā tri/
brachi exempla vsq̃ ad sedecim syllabas.i.
vsq̃ ad q̄nq̃ tribrachos ꝛ semipedē/ q̄bus
debes esse ꝯtētus: Cętera enī potes vł vo/
ce vł aliquo pulsu ꝑ te ipse ꝯtexere: Si ta/
mē adhuc auriū sensu exploꝛādos huiusce/
modi numeros arbitraris. Di. Faciā eq̄/
dē q̄d videtur: videamus quę restāt.

De pedib⁹ dactylo postponēdis ꝓpter silentium: Ca. VIII.

Ma.
D Actylus sequiᷓ q̃ semel diuidi po/
test/an aliᷓ putas? Di. Immo ita
est. Ma. Quota ergo eius ꝑs po
test esse in silentio? Di. Duo scilicet dimi/
dia. Ma. Quid si post dactylum trocheo
cōstituto velit quispiā silere vnū tempus/
quod in breui syllaba dactylo debetur im/
plendo/quid respondebimus? Nō enī pos/
sumus dicere min⁹ q̃ spaciū semipedis sile/
ri opoꝛtere: Ratio enī superi⁹ tractata non
minus/sed amplius q̃ semipedis temp⁹ si/
lendū esse ꝑsuaserat: Nam vtiq̃ minus q̃
semipes siletur ī choꝛiambo: vbi post ipsū
choꝛiambū bacchius collocaᷓ: cuius exem/
plū est: Fonticulę puellę: vnius enī breuis
syllabę spacio hic nos silere cognoscis/ q̄d
sex tpibus debetur implēdis. Di. Vex di/
cis. Ma. Cōstituto ergo trocheo post da/
ctylum/licebit ne etiaʒ vnū tp̄s silere? Di.
Ita cogoꝛ fateri. Ma. Quis te tandē co/
geret si meminisses superioꝝ? Hoc enī tibi
accidit/q̄ de indifferētia vltimę syllabę/et
quomō sibi vltimā longā vendicēt aures/
vbi restat spaciū quo poꝛrigaᷓ/ etiā si bre/
uis sit: quid demonstratū fuerit oblit⁹ es?
Di. Iā intelligo: Nā vtiq̃ si vltimā sylla/
bam breuē q̄ restat/silentiū longuʒ aures
accipiunt: sicut superioꝛe ratione exēplisq̃
cognouim⁹: nihil interit vtrū post dacty/
lum trocheus an spondeus loceᷓ: Quobrē
cum repetitio distinguēda silentio est: vnā
longā syllabā opoꝛtet post dactyluʒ pone/
re: vt duoꝝ tempoꝝ spacio sileam⁹. Ma.
Quid si pyrrhichius ponaᷓ post dactylū:
recte ne fieri putas? Di. Non recte: Nam
vtrū idē sit/an iambus/nihil interest. Siq̄/
dem ꝓ iambo cum necesse est accipi ꝓpter
vltimā quam longaʒ exigunt aures: q᷑ re/
stat silentiū. Iambū autē nō opoꝛtet repo
ni post dactylū/ ꝓpᷓ diuersitatē leuatiōis
ꝛ positionis: quaꝝ neutrum opoꝛtere ī da/
ctylo habere tria tpa/quis non intelligat?
Ma. Optime omnino atq̃ sagaciter.

De bacchijs pedib⁹ quō metro incondantur: Ca. IX.

S Ed quid tibi tandē videtur de ana
pesto/an eadē ratio ē? Di. Pꝛoꝛ/
sus eadē. Ma. Iam ergo bacchi/
um consideremus si placet: et dic mihi quod
pꝛimū eius metrū est. Di. Quattuoꝛ syl/
labas puto esse: vnā breuē et tres longas:
quaꝝ duę ad bacchiū ꝑtinent: vna vero vl
tima ad inchoationē eius pedis qui cū bac
chio poni potest: vt id quod ei debetur/sit
in silētio: In aliquo tamē exemplo velim
hoc aurib⁹ exploꝛare. Ma. Facile quid eʒ
est exempla subijcere: quibus tamē non te
arbitroꝛ ita vt in superioꝛib⁹ posse delecta/
ri: Nam isti quinoꝝ tempoꝝ pedes/vt eti/
am septenoꝝ non tā suauiter currūt/ q̃ hi
qui aut ī ęquas partes diuiduntᷓ/aut ī sim/
plā ꝛ duplā/vł duplam ꝛ simplā: tantū in/
terest inter sesquatos motus ꝛ ęquales aut
complicatos: de quib⁹ satis in ꝑmo illo no
stro sermōe tractauim⁹. Itaq̃ hos pedes
quinq̃ ac septē.s. tempoꝝ/ vt spernentius

poetę/ita soluta libētiꝰ assumit oratio: qđ videri faciliꝰ in exemplis quę postulasti potest: Nā ista sūt: Laborat magister docēs tardos. Hoc reuolue interposito triū tēporū silētio: qđ vt sentires facilius/ ideo post tres pedes longā posui/ qđ est initiū cretici/ qui cū bacchio poni potest. Nec ad primi metri exemplū dedi/ qđ est quattuor syllabarū: ne vnus pes nō esset satis ad cōmouendū sensum tuū/ quantū post illum: atq; vnā longā silere deberes. Quod ecce nūc ędam atq; ipse repetā: vt in meo silētio tria tpa sentias: Labor nullus/amor magnus. Di. Satis apparet solutę orationis hos esse ꝯgruentiores pedes: ⁊ nihil opus est exemplis cętera excurrere. Ma. Verꝫ dicis/ sed num tibi cū silendū est/ vna tm̄ longa videt̄ poni posse post bacchiū? Di. Nō sane/ sed etiā breuis et lōga/ q̄ eiusdē bacchij semipes ꝑmus est. Nā si nobis inchoare creticū licuit/ qr cū eodē bacchio poni potest: quanto magis id de ipso bacchio facere licebit: cū p̄sertim nō totū de cretico posuerimꝰ/ qđ ꝑmę pti bacchij sit ęq̄le tēporibꝰ.

Quid ponatur post plenum pedem/ quando silentio reliquū impletur/ per oēs pedes exquiritur: Ca. x.

Ma. IAm ergo si placet me audiēte atq; iudicāte/ tuipse ꝑ cętera excurre: Et quid ponat̄ post plenum pedem qñ silentio reliquū impletur/ in omnibus pedibꝰ qui restant/ exequere. Di. Breuissimū iam opinor atq; facillimū est qđ requiris: Nam qđ de bacchio dictum est/ id etiā de secundo peone dici potest. Post creticū autem ⁊ vnam longā syllabam licet ponere/ ⁊ iambū/ et spondeum: ita vt aut tria tpa/ aut duo/ aut vnū sileat̄. Qđ autē de hoc dictū est/ idē in ꝑmū et in vltimū peonē cadit. Iā post palimbacchium vł vnā longā vel spōdeū collocari decet: quocirca ⁊ in hoc metro aut tria tēpora/ aut vnū silebitur. Eadem conditio ē peonis tertij: sane vbicunq; spondeus/ ibi et anapestus iure ponitur. Post molosū vero/ qđ ad eius attinet diuisionem/ aut vnā longā/ aut quattuor/ aut duas ponimꝰ/ vt duo tēpora silemus. Sed qm̄ et sensu ⁊ ratione exploratū ē ordinari cū eo posse oēs senū temporꝫ pedes/ erit post eum locus ⁊ iambo: et tria tempora silēda remanebūt: erit ⁊ cretico/ ⁊ vnū tacebit̄: hac conditione erit ⁊ bacchio: At si in duas breues ꝑmā cretici/ ⁊ secundā bacchij solueris/ erit ⁊ peoni quarto. Qđ aūt de moloso/ id etiā de cęteris sex temporꝫ pedibꝰ dixerim. Iā proceleumaticū arbitror ad cęteros q̄ quattuor tpibus constāt esse referendū/ nisi cū tres breues post eū locamus: Qđ ita est/ ac si anapestū locemꝰ ꝓpt vltimā syllabā q̄ cū silentio longa accipi solet. Primo v̄o epitrito iambus recte subiungit̄/ ⁊ bacchius/ ⁊ creticus/ ⁊ peon quartus. Hoc dictū sit et de secundo/ vt tpa sileantur/ aut quattuor/ aut duo. Duos autem reliquos epitritos recte possunt ꝯsequi spōdeus ⁊ molosus: ita vt ⁊ ꝑmā spondei/ ⁊ ꝑmā vel secundā molosi in duas breues soluere liceat. Ergo in his metris/ aut tria tpa/ aut vnū tacebit̄. Dispōdeus restat: post quē si posuerimꝰ spōdeū/ quattuor tpa silenda erunt: Si molosum/ duo manente licentia soluēdi longā in duas breues/ vel in spondeo vel in moloso/ excepta vltima. Habes qđ me ꝑcurrere voluisti: nisi aliquid forte emēdabis.

Quare post dichoriū iambꝰ male ponatur: Ca. XI.

Ma. IMmo nō ego/ sed tu/ cū aurem ad iudicandū adhibueris: Nā quęro a te/ vtꝝ cū dico ⁊ plaudo istuc metrū: Verus optimꝰ: ⁊ h: Verus optimorꝫ: ⁊ h/ Veritatis inops: tā iocunde hoc tertiū/ q̄ illa supiora tuꝰ sensus accipiat: qđ ea repetēdo/ ⁊ cū debitis silētijs plaudēdo facile iudicabit. Di. Manifestū ē q̄ iocūde illa/ hoc iniocūde accipiat. Ma. Non ergo recte post dichoriū iambus ponit̄. Di. Ita est. Ma. Recte autē posse poni post cęteros assentit̄ quisquis hęc metra cū disciplina interponēdorꝫ silētiorꝫ repetierit: Fallacē caue: Malecastū caue: Multiloquiū caue: Fallaciā caue: ⁊ inuidū caue: et infirma caue? Di. Sentio qđ dicis et approbo. Ma. Vide etiā vtrū te nihil offendat cū interposito duorꝫ tēporꝫ silētio/ hoc metrꝫ repetit̄/ ⁊ vtrūq; inęquale ꝑgit. Nū enī ista sonāt/ vt ista: Veraces regnāt: Sapientes regnāt: Veriloqui regnāt: Prudentia regnat: Boni in bonis regnāt: Pura cuncta regnāt. Di. Immo hęc ęq̄liter et suauiter/ illđ aūt absurde. Ma. Hoc q̄ tenebimꝰ in metris/ sex tēporū pedū/ dichoriū iambo/ antipastū spōdeo male claudi. Di. Tenebimus sane. Ma. Quid causę cur ita sit?

Nõne approbabis si animaduerteris leua-
tione ac positione in duas ptes diuidi pe-
dem: ita vt si qua in eo syllaba media ẽ/ vel
vna vel duę/ aut parti attribuant̃ priori vel
posteriori/ aut in vtraqꝫ partiant̃? Di. No
B ui q̃dẽ istuc/ ꝛ verꝝ ẽ: sꝫ q̃d ad rẽ? Ma. Hoc
quoqꝫ attẽde qd̃ dicã/ tunc videbis facili⁹
qd̃ requiris: Nam manifestũ tibi esse arbi-
troꝛ/ alios eẽ sine medijs syllabis pedes: vt
pyrrhichi⁹ ꝛ cęteri binaꝝ syllabaꝝ: alios i
q̃b⁹ mediuꝫ/ aut p̃mę pti/ aut extremę/ aut
vtriqꝫ/ aut neutri spacio cõueniat. Primę:
vt i anapesto/ vł palimbacchio/ vel i peone
p̃mo. Extremę: vt i dactylo/ vł i bacchio/ vł
in peone q̃rto: Vtriqꝫ: vt i tribrachο/ siue i
moloso/ siue in choriãbo/ siue i q̃libet ioni-
co. Neutro/ vt i cretico/ siue i peonib⁹ secũ-
do ꝛ tertio/ siue in iambo/ dichorio/ antipa-
sto: Nã q̃ pedes i tres ęquales ptes diuidi
pñt/ media ps in his ꝯuenit cũ p̃ma ꝛ extre
ma: Qui autẽ non pñt: aut cũ p̃ma tm̃/ aut
cuꝫ extrema/ aut cum neutra. Di. Et hoc
ęque est verꝝ: ꝛ quo tẽdat expecto. Ma.
Quo tandẽ putas/ nisi vt videas iambum
post dichoriũ ideo male poni cũ silẽtio: qꝛ
mediũ eius est/ nec p̃mę pti ęquale nec ex-
tremę: et iccirco a leuatione ac positione
discoꝛdat? Hoc etiã de spõdeo intelligit̃: q̃
similiter post anapestũ cũ silẽtio nõ amat
poni. An quicq̃ tibi aduersũ ista dicendũ?
Di. Mihi vero nihil/ nisi ꝙ ista offensio
q̃ fit auribus/ cũ ita hi pedes collocant̃/ in
compatione fit eius suauitatis quę oble-
ctat auditũ: aut post cęteros senũ tempoꝝ
hi cũ silẽtio ponunt̃ pedes? Nã si alijs taci
tis me consulueris/ quemadmodũ sonarẽt
exemplis subiectis/ aut post dichoriũ iam-
bus/ aut post antipastũ spõdeus cũ silẽtio
positi: dicã qd̃ sentio: foꝛtasse approbarẽ et
laudarẽ. Ma. Nõ equidẽ resisto tibi. Sa-
tis est mihi tamẽ ꝙ hęc collatio in compa-
tione taliũ numeroꝝ. s. melius sonantiũ/ si-
cut dicis offendit. Eo em̃ est improbãda/ ꝙ
cũ eiusdẽ generis etiã illi sint pedes q̃s hic
labi semipedib⁹ clausos iocũdi⁹ ꝯtremur/
ab his discrepare nõ debuit. Sꝫ nõne tibi
videt̃ fm̃ istã rõnẽ/ nec post epitritũ secun-
dũ iambũ cũ silẽtio poni opoꝛtere? Nã et i
h̃ pede iamb⁹ ita mediũ locuꝫ tenet/ vt nec
prioris nec posterioris ptis tempoꝛib⁹ ęque-
tur. Di. Cogit me supioꝛ ratio cõcedere.

De numero metroꝝ ex p̃memo-
ratis pedib⁹/ vel plenis/ vel cũ silẽ-
tio ꝓcreatis/ qui ẽ q̃ngenta septua-
ginta ꝛ vnum: Ca. XII. Ma.

Ge nunc/ redde mihi oĩm metroꝝ A
A numeꝝ si placet/ q̃ iã tractauim⁹. i.
coꝛũ q̃ a suis plenis pedib⁹/ incipi-
unt: claudũt̃ aũt aut suis pedib⁹ plenis ita
vt silẽtiũ cũ ad caput redit̃/ nõ interpona-
mus: aut nõ plenis pedib⁹ cũ silẽtio: quos
tamẽ eis ꝯgruere ratio docuit/ incipiẽte nu
mero a duobus nõ plenis vsqꝫ ad octo ple
nos: ita tñ vt trigintaduo tpa nõ excedan-
tur. Di. Operosum quidẽ est qd̃ iponis/
est tamẽ opepciũ. Sed memini nos paulo
añ iã puenisse ad septuagita septẽ metra a
pyrrhichio vsqꝫ ad tribrachũ: cũ illi binaꝝ
syllabaꝝ pedes quattuoꝛdecim singula cre
arẽt: qui fiũt simul q̃nquaginta ꝛ sex: Tri-
brach⁹ autẽ vigintiunũ ꝓpter geminã di-
uisionẽ. His igitur septuaginta ꝛ septẽ ad-
dimus quattuoꝛdecim dactyli/ et anapesti
totidẽ. Pleni em̃ si locent̃ nullo silẽtio/ in-
cipiẽte metro a duob⁹ vsqꝫ ad octo pedes/
septena pariũt: Additis vo semipedib⁹ cũ
silẽtio icipiẽte metro ab vno pede ꝛ semis
puenięte ad septẽ semis alia septena: ꝛ fiũt
iã oĩa centũ ꝛ q̃nqꝫ. Bacchi⁹ vo nõ põt me-
trũ suũ ad octo pedes pducere: ne triginta-
duo tpa transeat: neqꝫ quisq̃ quinũ tẽpo-
rũ pes: sed possũt isti vsqꝫ ad sex puenire.
Bacchius ergo et qui ei par est/ nõ m̃o tpi-
bus/ sed etiã diuisione: Peon secũd⁹ a du-
obus pedib⁹ vsqꝫ ad sex ꝓcedẽtes/ cũ inte-
gri oꝛdinant̃ sine silentio q̃na metra pari-
unt: Cũ silẽtio autẽ incipientes ab vno se-
mis/ ꝛ ad q̃nqꝫ semis puenięntes/ alia q̃na cũ
vna longa post eos ponit̃: ꝛ itẽ q̃na/ cũ bre
uis ꝛ longa. Quindena igit̃ creãt: quę i sũ-
ma reducta triginta sunt: et fiunt iã metra
oĩa centũ ꝛ trigintaq̃nqꝫ. Creticus vo/ et
qui pariter diuidunt̃/ peones p̃mus ꝛ quar
tus/ qꝛ post illos aut vnã lõgã/ ꝛ iambũ/ ꝛ
spõdeum/ ꝛ anapestum licet ponere/ ad se-
ptuagintaq̃nqꝫ puenjunt. Cũ em̃ tres sint
pedes/ q̃na creant sine silentio: cũ silentio
autẽ viginti: quę simul vt dictũ ẽ/ fiunt q̃n-
qꝫ ꝛ septuaginta: quibus addit̃ supioꝛi sũ-
mę/ decẽ ꝛ ducẽti cõplectũt̃. Palimbacchi B
us ꝛ qui ei diuisione ꝯcoꝛdat tertius peon
quina pariũt integri sine silẽtio: cũ silẽtio
autem quina cum vna longa/ quina cum
spõdeo/ quina cũ anapesto. Hęc addimus

ad maiorē summā:et habemus metra omnia ducenta quinquaginta. Molosus ⁊ ceteri sex tempoꝝ pedes/qui cū illo simul septem sūt/ q̄ terna creant integri: cū silētio autem /quoniā ⁊ vna longa post vnūquēq; eoꝝ locari potest. Et iambus ⁊ spōdeus et anapestus ⁊ bacchiꝰ ⁊ creticus/peon q̄rtus/ vicena ⁊ octona complēt: quę simul fiunt centū nonagintasex:quę ducta cū illis quaternis ducēti vigintiquattuor cōplentur:sed hinc octo deducēdi sunt:q₂ post dichoriū iambus/⁊ post antipastū spondeus male ordinanꝫ: Reliqua sunt ducēta sedecim: q̄ addita maiori summę/ faciūt metra oīa q̄dringēta sexagintasex. Proceleumatici ratio haberi nō potuit cū his pedibꝰ q̄bus congruit ꝓpter semipedes/ q̄ post hūc plures ponūtur: Nam et vna syllaba post eū poni potest cū silentio: sicut post dactylum ⁊ eiꝰ ꝯsortes: ⁊ tres breues / vt vnū tp̄s silendū sit:quo efficiꝫ vt vltima breuis ꝓ lōga accipiatur. Epitriti metra gignūt terna integri: incipiente metro a duobꝰ pedibus ꝑueniēte ad quattuor. Si eñ addas quintum/triginta duo tp̄a/ qđ nō oportet / excedes: Cū silentio v̄o p̄mꝰ ⁊ secūdus epitritꝰ terna post locato iābo/ terna bacchio / terna cretico peone q̄rto :q̄ fiūt simul cū illis ternis q̄ sūt sine silētio/triginta. Tertiꝰ v̄o et q̄rtus epitriti/restāte silentio/gignūt cū spōdeo terna/⁊ terna cū anapesto/terna cū moloso/terna cū ionico minore/terna cum choriābo: q̄ fiūt simul cū illis ternis/q̄ sine silentio genuerūt triginta et sex. Ergo epitriti oēs sexaginta ⁊ sex metra pariūt:q̄ cū viginti ⁊ vno ꝓceleumatici supiori summę addita/faciūt quingenta q̄nquagintatria. Dispondeus restat gignens et ipse tria integer: adhibito autē silentio cum spondeo tria/⁊ tria cū anapesto/tria cū moloso/ tria cū ionico a minore/tria cū choriambo:quę in summā ducta cū illis tribus q̄ creat integer/fiunt decē et octo: Ita erunt metra oīa quingenta septuaginta et vnū.

Qꝫ aliqua pars pedis in principio metri/in fine quoq; ⁊ in silētio poni possit: Ca. XIII.

A Ma. c Ssent quidē/ nisi tria detrahenda essent:q₂ post secundū epitritū dictū est iambū male poni: Sed hoc quidē bñ se habet:sed quare iam dic mihi/ quomō tibi aurē tāgat metrū hoc: Triplici vides/vt ortū triuię rogeꝫ ignis. Di. Persuauiter. Ma. Potes ne dicere quibꝰ pedibus ꝯstet? Di. Non possū: Neq; eñ inuenio quomō sibi congruāt quos metior: siue eñ pyrrhichiū a capite constituā/ siue anapestū/siue peonē tertiū/non his conueniunt qui sequunꝫ: ⁊ inuenio hic quidē creticū post tertiū peonē: vt reliqua sit longa syllaba/quā creticus post se nō respuit collocari: Sed his pedibus hoc metrū ꝯstare recte nō posset/nisi interposito silentio triū tempoꝝ. Nūc v̄o nihil sileꝫ/cū h̄ repetēdo ꝑmulcet auditū. Ma. Vide igiꝫ vtꝝ incipere debeat a pyrrhichio: deīde metiamur dichoriū/tū spondeū:q̄ complet tp̄a/quoꝝ duo sunt in p̄ncipio. Pōt itē caput tenere anapestū: deinde diiambū metiri/vt extrema longa collocata q̄ttuor tp̄ibus anapesti ꝑficiat sex tp̄a/ q̄ cū diiambo cōueniunt: ex quo intelligas licet ꝑtes pedū nō solū in fine poni/ſ etiā in capite metroꝝ. Di. Iā intelligo. Ma. Quid si demā vnā vltimā longā/vt tale sit metrū: Segetes meus labor: Nonne animaduertis cū silentio duorū tempoꝝ repeti? Ex quo manifestū est ⁊ aliquā partē pedis posse in p̄ncipio metri poni/⁊ aliquā in fine/et aliquam ī silentio. Di. Et hoc manifestū est. Ma. Sed hoc fieri si dichorium metiaris integrū in hoc metro: Nā si iambum / a capite anapestus ponatur: cernis partem pedis in principio positā/ quę habet iam quattuor tp̄a. Duo autē quę debenꝫ/silētur in fine. Ex quo discimus posse metrū incip̄e a parte pedis/ ⁊ desinere ad plenū pedem/sed nunq̄ sine silentio. Di. Et hoc perspicuum est. Ma. Quid hoc metrū? Potes ne metiri ⁊ dicere quibꝰ pedibus constet: Iam satis terris niuis / atq; dirę Grandinis misit pater/ et rubente Dextera / sacras iaculatus arces. Dextine. i. carminā. Di. Possū ꝯstituere in capite creticū:⁊ duos metiri reliq̄s senū tempoꝝ pedes/vnū ionicū a maiore/ alterū dichorium:et sileri vnū tēpus qđ adiūgiꝫ cretico vt sex tempora compleātur. Ma. Nō nihil defuit considerationi tuę: Nā cū dichorius est ī fine/ restante silentio/ vltima eius quę breuis ē/ ꝓ lōga accipiꝫ: An hoc negabis? Di. Immo fateor. Ma. Nō ergo ꝯstitui decet ī fine dichoriū/ nisi nullo ī repetitiōe ꝯseq̄nte silentio/ne nō iā dichorius/ſ epitritꝰ secundus sentiaꝫ. Di. Manifestū ē. Ma. Quō B

q̃ metiemur hoc metrū? Di. Nescio.

Q: nõ solū in fine/sed añ finē metri quoq; ẽm artē silendū sit/exēplis ostenditur: Ca. XIIII.

Ma.

A Attende q̃ vtrū bñ sonet cū ita pnū-
a cio/ vt post tres primas syllabas
vnū tēpus sileā: Ita eñ in fine ni-
hil debebit/ vt decēter ibi possit esse dicho-
rius. Di. Jocundissime sonat. Ma. Hoc
quoq; igitur adiūgamus arti/ vt nõ solū i
fine/ sed ꝛ ante finē cū oportet sileam⁹. Tūc
autē oportet/ cū id qd̃ debet implendis tē-
poribus pedū/ aut indecēter silet in fine ꝓ-
pter vltimā breuē/ vt i h qd̃ dictū ē: aut cū
duo ꝯstituunt nõ pleni pedes/ vn⁹ i capite/
aliter i fine q̄lis iste ē: Gētiles nfos i te ob-
errat eq̄s. Sēsisti eñ vt opinor me post qn
q; syllabas lõgas/ morā duorū tempoꝝ si-
luisse: ꝛ tantundē in fine silendū ē/ dū redit
ad caput. Si eñ hoc metrū ad legē sex tem
poꝝ metiaris: erit tibi ꝑmus spõdeus/ se-
cundus molosus/ terti⁹ choriamb⁹/ quart⁹
anapestus. Spõdeo igitur debētur duo tē-
pora/ vt sex tempoꝝ pedē impleat: et ana-
pesto itaq; duo silētur post molosū ante fi-
nē/ ꝛ duo post anapestū in fine. Si autē ad
legē tempoꝝ quattuor/ vna longa erit i ca
pite/ deinde duos metimur spõdeos/ dein-
de duos dactylos: ꝛ post vna ꝯcludet. Si-
lemus itaq; duo tēpora post geminū spon
deū ante finē/ et duo i fine/ vt ambo pedes
impleant: quoꝝ dimidias ptes i capite at-
q; i extremo posuim⁹. Nõnunq̃ tñ qd̃ duo-
bus nõ plenis pedibus debet in principio
ac fine collocatis/ finali tamē silētio reddi-
tur: si tātū sit vt dimidij spaciū tēporis nõ
excedat: qualia hęc duo sunt: Siluę labo-
rātes/ geluq;: Flumina cõstiterint acuto.
Hoꝝ eñ primus icipit a palimbacchio/ in-
de excurrit i molosum/ ꝛ bacchio terminat.
Silua ergo duo tempora: quorum vnum
bacchio/ alteꝝ palimbacchio cū reddideris/
sena vbiq; tēpora implebūtur. Hoc autem
posterius dactylo ichoatur: inde pgit i cho
riambū/ claudit bacchio. Tria q̃ tempora
silere oportebit. Hinc vnum bacchio/ duo
dactylo reddim⁹/ vt i oı̄bus sint sena tpa.
Prius aūt reddit qd̃ debet implēdo extre-
mo pedi q̃ i ꝑncipio ꝯstituto. Di. Nec ali-
ter oı̄no fieri aures sinūt. Ma. Nec mirū:
B Jd eñ cū repetim⁹ adiungit capiti quod
ꝑrius extremū est. Itaq; i hoc numero qd̃
dictū est: Flumina ꝯstiterint acuto: Cū tria
tempora senis vbiq; implēdis debeātur/ si
ea nõ silentio velis/ sed voce reddere pos-
sintq; ea reddi ꝛ p iambū ꝛ p chorīū ꝛ p tri-
brachū: q: omnes terna tempora possidēt:
nullo mõ ea p chorīū reddi sensus ipse per-
mittit/ in quo prior est longa syllaba/ bre-
uis posterior: Jd eñ ꝑus sonare debet/ qd̃
bacchio debet extremo. i. breuis syllaba:
nõ longa q̃ dactylo. Primo liq̄t h explora-
re his exemplis: Flumina ꝯstiterint a cuto
gelu: Flumina ꝯstiterint acute gelida: Flu
mina constiterint in altū nocte. Cui dubi-
um ē duo illa suauiter repeti: hoc autē ter-
tiū nullo mõ? Itē cū singula tēpora singu-
lis debent pedibus minus plenis: si ea vo
ce reddere velis/ nõ sinit sensus i vnā sylla-
bā coartari. Di. Mira oı̄no iusticia: Nõ
eñ ꝯuenit qd̃ sepatim reddendū est/ nõ eti
am ꝯstitui sepatim. Ma. Quocirca in illo C
metro: Siluę laborātes geluq;/ si vnā lon-
gā pro initio fini addas: sicuti est: Siluę la
borantes gelu duro/ non probant aures.
sicut probant cum dicimus: Siluę labo-
rantes gelu ꝛ frigore: qd̃ sagacissime sentis
cū singula repetis. Itē nõ oportet cū duo
min⁹ pleni pedes ponunt/ maiorē i ꝑncipio
q̃ in fine poni: nā et hoc cõdēnat auditus:
Tāq̃ si dicas: Optimū tēp⁹ adest: tādē vt
ꝑmus pes sit creticus/ secūdus choriamb⁹/
tertius spõdeus: vt tria tēpora sileamus:
quoꝝ duo debētur vltimo spõdeo ad sena
iplēda/ ꝛ vnū ꝑmo cretico. At si dicat: Tā-
dē tempus adest optimū: interposita triū
tempoꝝ mora i silentio/ q̄s nõ sentiat iocū
dissime repeti? Quare aut tanti spacij de-
cet esse in fine minus plenū pedē/ quanti ē
i ꝑncipio: vt illd/ Siluę laborātes geluq;:
aut minorē i ꝑncipio/ aut i fine maiorē: ve-
luti ē/ Flumina ꝯstiterint acuto. Nec iniu
ria/ q: vbi ē ęqualitas/ nulla discordia: vbi
autē dispar ē numerus/ si a minore ad ma
iorē veniam⁹/ vt i metiēdo ꝛ numerādo so-
let/ facit ipse rursus i numerādo ordo ꝯcor-
diā. Ex quo illud ē etiā consequēs: vt cū hi
de quibus agitur/ minus pleni ponunt pe
des/ si duobus locis interponit silentiū/ id
est ante finē ꝛ in fine tñ: ante finē sileatur
quantū debetur extremo: tantū autē i fine
quantū scʒ ꝑncipio: q: mediū tendit ad fi-
nē/ si vnā longā ꝓ silētio fini addas: sicuti/
Siluę laborātes gelu duro. A fine x̄o ad

Sap.8.a. Ita eñ sapiẽtia dei ptẽdit vsq ad finẽ for/tit. Ita p hãc sũmꝰ ille artifex opa sua ĩ vnũ finẽ decorꝭ ordinata ꝯtexuit. Ita illa boni/tas a sũmo vsq ad extremũ nulli pulchritu/dini q̃ ab ipso solo esse posset iuidit: vt ne/mo ab ipsa ꝟitate deijciat/q nõ excipiatur ab aliq̃ effigie ꝟitatis. Quere ĩ corpis volu/ptate qd teneat: nihil aliud iuenies q̃ ꝯue/nientiã: Nã si resistentia pariũt dolorẽ/cõ/ueniẽtia pariunt voluptatẽ. Recognosce q̃ que sit sũma ꝯueniẽtia: Noli foras ire:ĩ te/ipsũ redi:ĩ interiore hoie habitat ꝟitas: ꝛ si tuã naturã mutabilẽ inueneris/trãscende et teipsũ. Sed memẽto cũ te trãscenderis/rati/ocinantẽ aiam te trãscẽdere. Illuc q̃ tende/vñ ipsũ lumẽ rõnis accendit. Quo eñ pue/nit oĩs bonꝰ ratiocinator/nisi ad ꝟitatẽ? Cũ ad seipsã ꝟitas non vtiq ratiocinãdo pue/niat/s qḋ ratiocinãtes appetũt ipa sit: vide ibi ꝯuenientiã q̃ supior esse nõ possit: ꝛ ipse ꝯueni cũ ea. Cõfitere te nõ esse qḋ ipsa est. Siqdẽ se ipsa non q̃rit: tu aũt ad ipsã q̃ren/do venisti: nõ locoꝝ spacio/sꝫ mẽtis affectu: vt ipse iterior hõ cũ suo ĩhabitatore/nõ ĩfi/ma ꝛ carnali/sed sũma ꝛ spirituali voluptate

B ꝯueniat. Aut si non cernis q̃ dico/ꝛ an vera sint dubitas: cerne saltẽ vtꝝ te ḋ his dubi/tare nõ dubites: ꝛ si certũ ẽ te esse dubitan/tẽ/quere vñ sit certũ. Non illic tibi oĩno solis huiꝰ lumẽ occurret/sꝫ lumen veꝝ qḋ illumi/

Joh.1.a. nat oẽm hoiem venientẽ ĩ hũc mundũ. Qḋ his oculis videri non põt/nec illis q̃bꝰ phantas/mata cogitant/ p eosdẽ oculos aie ĩpacta: s illis q̃bꝰ ipsis phãtasmatibus dicit: Nõ estis vos qḋ ego q̃ro: neq illud estis vñ ego vos ordino: et qḋ mihi int vos fedũ occurrerit/ĩprobo: qḋ pulchꝝ/approbo. Cũ pulchriꝰ sit illud vñ ĩprobo ꝛ approbo: q̃re hoc ipsũ ma/gis approbo: ꝛ nõ solũ vob/sꝫ illis oĩbꝰ corpo/ribꝰ vñ vos hausi añpono? Deinde regulã ipsã quã vides/ꝯcipe h̃ mõ: Oĩs q se dubi/tantẽ itelligit/veꝝ itelligit: ꝛ de hac re quã intelligit certꝰ ẽ. De vero igitur certꝰ ẽ. Oĩs igitur q vtꝝ sit ꝟitas dubitat/ĩ seipo habet veꝝ vñ nõ dubitet: nec vllũ veꝝ nisi ꝟitate veꝝ ẽ. Non itaq oportet eũ de ꝟitate du/bitare/q potuit vndecunq dubitare. Vbi vident hec/ibi ẽ lumẽ sine spacio locoꝝ ꝛ tẽ/poꝝ: ꝛ sine vllo spacioꝝ taliũ phãtasmate. Nũqd ista ex aliq̃ parte corrũpi pñt: etiã si oĩs ratiocinator itereat: aut potiꝰ apḋ car/nales ĩferos veterescat? Nõ eñ ratiocinatio talia facit/sed ĩuenit. Ergo anteq̃ iueniã/tur ĩ se manẽt: ꝛ cũ inueniunt/nos ĩnouãt.

De exterioris hoĩs cõpositione: ꝛ quõ deꝰ eidẽ p malos ãgelos ad/uersa ĩgerẽs/omnibꝰ vtat in pul/chritudine vniuersi: Ca. XL.

Ca renascit interior hõ/et exterior A

i corrũpit de die ĩ diẽ: Sꝫ iterior ex/ 2.Cor.4.d.

teriorẽ respicit/ꝛ ĩ sua cõpatione fedũ videt: in ppo tñ genere pulchrũ ꝛ cor/poꝝ ꝯueniẽtia letantẽ/ꝛ corrũpentẽ qḋ in bonũ suũ ꝯuertit: alimẽta.s. carnis: que tñ corrupta.i. amittentia formã suã/ĩ mẽbroꝝ istoꝝ fabricã migrant/et corrupta reficiũt: in aliã formã p cõuenientiã transeũtia: ꝛ p vitalẽ motũ dijudicantur q̃dãmodo/vt ex eis ĩ structuram huiꝰ visibilis pulchri q̃ apta sunt assumant: nõ apta ꝟo p ꝯgruos mea/tus eijciantur. Quoꝝ aliud feculentissimũ reddit terre ad alias formas assumendas: aliud p totũ corpꝰ exhalat: aliḋ totiꝰ aĩalis latentes neruos accipit/ꝛ inchoat in ꝓlẽ: ꝛ siue ꝯuenientia duoꝝ corpoꝝ/siue tali aliq̃ phãtasmate cõmotũ/ p genitales vias ab ipso ꝟtice defluit ĩ infima voluptate. Iam ꝟo ĩ matre p certos nũeros tẽpoꝝ ĩ locorũ numeꝝ coaptat: vt suas regiones q̃q mẽ/bra occupent: ꝛ si modũ paralitatis seruaue/rint/luce coloris adiũcta nascit corpꝰ qḋ for/mosũ vocatur: ꝛ a suis dilectoribꝰ amatur acerrime: nõ tñ ĩ eo plꝰ placet forma q̃ mo/uet/q̃ vita q̃ mouet: Nam illud aĩal si nos amet/allicit violẽtius: si oderit aũt/succẽse/mus/ꝛ ferre nõ possumꝰ: etiã si formã ipsã p̃beat fruẽdi. Hoc totũ ẽ voluptatis regnũ ꝛ ĩma pulchritudo: subiacet eñ corruptioni:

Qḋ si nõ esset/sũma putaret. Sꝫ adest di/ B

uina ꝓuidẽtia q̃ hãc oñdat/ꝛ nõ malã: ꝓpt tã manifesta vestigia pmoꝝ numeroꝝ/ĩ q̃/

bus sapiẽtie dei nõ ẽ numerꝰ: ꝛ extremã tñ Ps.146.

eẽ/miscẽs ei dolores ꝛ morbos ꝛ † distorti/ Al. tolstin/ctiones.

ones membroꝝ/ꝛ tenebras coloris/ꝛ aioꝝ simultates ac dissensiões: vt ex his admo/neamur incõmutabile aliqd eẽ q̃rendũ: Et hoc facit p ĩfima ministeria eoꝝ q̃bꝰ id age/re voluptatis ẽ: q̃s exterminatores ꝛ ange/los iracundie/diuine scpture noiant: q̃uis ipsi nesciãt qd de se agatur boni. His siles sũt hoies q gaudẽt miserijs alienis: ꝛ risus sibi ꝛ ludicra spectacula exhibẽt/vel exhibe/ri volũt euersionibꝰ et erroribꝰ alioꝝ. Atq ita in his oibus boni admonent ꝛ exercen/tur ꝛ vincũt/ꝛ triũphãt ꝛ regnãt. Mali ꝟo decipiũtur/cruciãtur/vincunt/damnant ꝛ

seruiũt: nõ vni oim sũmo dño/ sꝫ vltimis ser
uis/ ill' videlicet angel'/ q̃ dolorib⁹ ꝛ miserijs
dãnatoꝝ pascunt: ꝛ p ista maliuolentia bo
noꝝ liberatiõe torquẽtur. Ita ordinãt oẽs
officijs ꝛ finib⁹ suis i pulchritudinẽ vniuer
sitatis: vt qd̃ horrem⁹ in pte/ si cũ toto ↄsi-
deremus/ plurimũ placeat: quia nec i ędi-
Ar. tordi/ nando. ficio† iudicãdo vnũ tm̃ ãgulũ ↄsiderare de-
bemus: nec i hoĩe pulchro solos capillos:
nec i bñ pnũciante solũ digitoꝝ motũ: nec
in lunę cursu aliq̃s tridui tm̃ figuras: Ista
eñ q̃ ppterea sunt ifima/ qꝛ partib⁹ impfe-
ctis tota pfecta sũt/ siue in statu/ siue in mo
tu pulchra sentiãtur/ tota ↄsiderãda sunt/ si
recte volum⁹ iudicare. Ueꝝ eñ nostꝝ iudi
ciũ/ siue de toto/ siue de pte iudicet/ pulchꝝ
est: vniuerso q̃ppe mũdo supfert: nec alicui
pti ei⁹ in q̃tũ veꝝ iudicam⁹/ adhęrem⁹. Er-
ror aũt noster parti adhęrẽs ei⁹/ ipse p se fę-
dus ẽ. Sed sicẽ niger color i pictura cũ toto
sit pulcher: sic totũ istũ agonẽ decẽter ędit
incõmutabil' diuina puidẽtia/ aliud victis/
aliud certantib⁹/ aliud victorib⁹/ aliud spe-
ctatoribus/ aliud q̃etis ꝛ solũ deũ ↄtẽplan-
tibus tribuẽs: cũ in his oĩbus nõ sit malũ
nisi pctm̃ ꝛ pęna pcti: hoc ẽ defectus volun
tarius a sũma essentia/ et labor i vltima nõ
voluntarius. Qd̃ alio mõ sic dici potest: li-
bertas a iusticia/ ꝛ seruitus sub peccato.

De duplici exterioris hoĩs corru ptione: ꝛ quare penaꝝ ordo ꝛ cu- piditatum blanditię pulchritudi- nes noĩentur: Ca. XLI.

A Orrũpit autẽ hõ exterior aut pfe-
C ctu iterior'/ aut defectu suo. Sꝫ pfe
ctu interioris ita corrũpitur/ vt to-
tus i meli⁹ reformet/ ꝛ restituatur i integꝝ i
nouissima tuba: vt nõ iã corrũpat neq̃ cor
rũpat: Defectu aũt suo i pulchritudĩes cor
ruptibiliores. i. pęnaꝝ ordinẽ p̃cipitat. Nec
miremur q̃ adhuc pulchritudĩes nomino:
1. Retract. ca. 13. k. Nihil eñ ẽ ordinatũ qd̃ nõ sit pulchꝝ: Et
Roma. 13. a. sicẽ ait apls: Ois ordo a deo ẽ: Necesse ẽ au
tẽ fateamur meliorẽ esse hoĩeꝫ plorantẽ/ q̃
Ar. † vermicu lum laude di/ gnum. lętãtẽ ṽmiculũ: ꝛ tñ † ṽmiculi laudẽ sine vl
lo mẽdacio copiose possũ dicere: ↄsiderãs
nitorẽ coloris/ figurã teretẽ/ et rectitudinẽ
corpis/ p̃ora cũ medijs/ media cũ posterio-
ribus ↄgruẽtia/ ꝛ vnitatis appetentiã p suę
naturę hũilitate seruantia: nihil ex vna pte
formatũ/ qd̃ nõ ex altera parili dimẽsione
rñdeat. Quid iã de aia ipsa dicã/ vegetãte
modulũ corpis sui: quõ cũ numerose mo-
ueat/ quõ appetat ↄuenientia/ quõ vincat
aut caueat obsistẽtia quãtũ potest: et ad
vnũ sensũ incolumitat' referẽs oia/ vnitatẽ
illã ↄditricẽ naturaꝝ oim/ multo euidenti⁹
q̃ corp⁹ isinuet: loq̃r de ṽmiculo aiante q̃-
licũq̃. Ciner' ꝛ stercor' laudẽ verissime atq̃ De moribus man. cheorũ. ca. 8. c.
vberrime plęriq̃ dixerũt. Quid ḡ mirꝝ ẽ/ si
hoĩs aĩam q̃ vbicũq̃ sit ꝛ q̃liscũq̃ sit/ omni
corpe est melior/ dicã pulchre ordinari/ ꝛ de B
pęnis eius alias pulchritudĩes fieri: cũ ibi
nõ sit qñ misera ẽ/ vbi esse beatos decet: sꝫ
ibi sit vbi esse miseros decet? Prorsus ne-
mo nos fallat: Quicq̃d recte vitupat'/ i me- 1. Retract. ca. 13. l.
lioris cõparatione respuit'. Ois aũt natura
q̃uis extrema/ q̃uis infima: in cõparatione
nihili iure laudatur. Et tũc cuiq̃ nõ ẽ bñ si
meli⁹ esse põt: Quare si nobis põt bñ esse
cũ ipsa ṽitate/ male sum⁹ cũ q̃libet vestigio
ṽitatis: multo ḡ deteri⁹ cũ extremitate ve-
stigij/ qñ carnis voluptatibus adhęremus.
Uincam⁹ ḡ hui⁹ cupiditat' vl' blãditias vl'
molestias: subiugemus nobis ducib⁹ hanc
fęminã si viri sumus/ ꝛ ipsa erit melior: nec
iã cupiditas/ sed tẽperãtia noĩabit': Nã cũ
ipsa ducit/ nos aũt seq̃mur: cupiditas illa ꝛ
libido/ nos ṽo temeritas ꝛ stulticia nuncu
pamur. Seq̃mur christũ caput nostꝝ/ vt et
nos seq̃tur cui caput sumus. Hoc ꝛ fęminis
p̃cipi põt: nõ maritali/ sed fraterno iure: q̃
iure i christo nec masculus nec fęmla sum⁹.
Habẽt eñ ꝛ illę virile quiddã vñ fęmineas
subiugẽt voluptates/ vñ christo seruiant/ ꝛ
iperẽt cupiditati. Qd̃ i mult' viduis ꝛ ṽgi-
nib⁹ dei/ i mult' etiã maritat'/ sꝫ iã fraterne
ↄiugalia iura seruantib⁹ christiani ppl'i dis-
pẽsatione manifestũ ẽ. Qd̃ si ab ea pte cui
dñari de⁹ nos iubet/ atq̃ vt i nostrã posses-
sionẽ restituamur/ ꝛ hortat'/ ꝛ opitulatur: si
ḡ ab hac pte p negligentiã et impietatẽ vir
subdit⁹ fuerit. i. mẽs ꝛ rõ: erit q̃dẽ hõ turpis
ꝛ miser: sꝫ destinat' i hac vita: et post hãc vi
tã ordinat'/ q̃ eũ destinari/ ꝛ vbi ordĩari sũ-
m⁹ ille rector ꝛ dñs iudicat. Nulla itaq̃ fędi
tate vniuersã creaturã maculari pmittit'.

De vnitat' pulchritudine iuesti- ganda/ tã i feminibus q̃ in sonis: Ca. XLII

Ambulem⁹ ḡ dũ diẽ ha-
a bem⁹. i. dũ rõne vti possum⁹: vt ad Job. 12. f.
deũ ↄuersi/ ṽbo ei⁹ qd̃ veꝝ lumẽ ẽ/
illustrari mereamur: ne nos tenebrę cõpre
hẽdãt. Dies ẽ eñ p̃sentia illi⁹ luminis/ qd̃ il Joh. 1. a.
lũinat oẽm hoĩem veniẽtẽ i hũc mũdũ. Ho
minẽ dixit/ q̃ rõne vti põt: ꝛ vbi cecidit/ ibi

incūberet vt surgat necesse ē. Si ğ voluptas
carnis diligit/ea ipsa diligēti⁹ ꝯsideret: ⁊ cū
ibi recognita fuerint quorūdā vestigia nu
meroꝝ: q̄rendū ē vbi sine tumore sint: Ibi
eñ magis vnū ē qd ē. Et si tales sunt in ipa
motione vitali q̄ i seminib⁹ opat: magis ibi
mirandi sūt q̄ȝ i corpe. Si eñ nūeri seminū
sic ipsa semina tumerēt: de dimidio grano
fici/arbor dimidia nasceret: neq̄ȝ de aīaliū
seminib⁹ etiā nō tot/aīalia tota et integra
gignerētur: neq̄ȝ tantillū ⁊ vnū semen vim
haberet sui cuiusq̄ȝ generis innumerabilē.
De vno q̄ppe sm suā naturā psit/vl segetes
segetū/vl siluę siluaꝝ/vl greges gregū/ vel
ꝑsi ꝑsoꝝ p secła ppagari: vt nullū foliū sit
vl nullus pilus p tā numerosā successionē/
cui⁹ non ratio in illo pmo ⁊ vno semine fu/
erit. Deinde illud cogitandū ē/q̄ȝ nūerosas
q̄ȝ suaues sonoꝝ pulchritudines vberatus
aer traijciat/ cantāte lucinia: q̄s illi⁹ auicu/
lę aīa nō tā libere cū libere fabricaret / nisi
vitali motu incorporalit haberet impssas.
Hoc ⁊ i cęteris aīantibus q̄ rōne carētia/ sen
su tñ nō carēt aīaduerti pōt. Nullū eñ hoꝝ
est qd nō vl in sono vocis/vl in cętero motu
atq̄ȝ opatiōe mēbroꝝ numerosū aliq̄d/atq̄ȝ
in suo genere moderatū gerat: nō aliq̄ sciē/
tia / sed tñ intimis naturę terminis/ ab illa
incōmutabili numeroꝝ lege modulatis.

Quō ex nobis reꝝ varietatē ⁊ or dinē cognoscamus/ ⁊ ex illis deū: (Ca. XLIII.

Ṙedeamus ad nos/ ⁊
r omittam⁹ ea q̄ cū arbustis et bestijs
habemus cōmunia. Vno nāq̄ȝ mō
hirūdo nidificat/ ⁊ vnūq̄dq̄ȝ auiū gen⁹ vno
aliq̄ suo mō. Quid ē ğ i nobis q̄ et de illis oi/
bus iudicam⁹/q̄s figuras appetant/ ⁊ q̄ten⁹
impleāt: ⁊ nos in ędificijs alijsq̄ȝ corporeis
opibus/tanq̄ȝ dñi oim taliū figuraꝝ/innu/
merabilia machinamur? Quid ē i nob qd
intus intelligit has ipsas visibiles corporū
moles ꝓportione magnas esse vl puas: et
omne corpus habere dimidiū q̄ȝtulūcunq̄ȝ
sit: et si dimidiū/īnumerabiles ptes? Itaq̄ȝ
oē granū milij suę parti tantę/quantā in
hoc mūdo nostꝝ corp⁹ tenet/tā magnū esse
q̄ȝ mūdus ē nobis: totūq̄ȝ istū mundū figu
raꝝ rōne pulchꝝ esse/nō mole: magnū aūt
videri/nō p sua q̄ntitate/s p breuitate nra
id est aīaliū q̄bus ē plen⁹: q̄ rursus cū habe/
ant infinitatē diuisiōis: nō ipsa p se/ sed in
alioꝝ/ ⁊ maxime ipsi⁹ vniuersi cōpatione tā
parua sunt. Nec in spacio tēpoꝝ alia ratio
est: q2 vt ois loci/sic omis tpis lōgitudo ha
bet dimidiū sui: q̄ȝuis eñ sit breuissima/et
incipit ⁊ pgredit et desinit. Itaq̄ȝ non pōt
nisi habere dimidiū/ dū ibi diuidit q̄ trāsit
ad finē. Ac p hoc ⁊ breuis syllabę tps in cō/
paratione longioris breue: ⁊ hora brumal
estiuę horę cōpata minor ē. Sic mora vni⁹
horę ad diē/ ⁊ diei ad mensē/ ⁊ mēsis ad an/
nū/ ⁊ anni ad lustꝝ/et lustri ad maiores cir/
cūitus: ⁊ ipsi ad vniuersū tps relati breues
sunt: cū illa ipsa ⁊ numerosa successio/ ⁊ q̄dā gradatio/siue localiū/ siue tpaliū spacioꝝ: Al. ⁊ vniuersis
nō tumore vel mora/ s ordinata ꝯueniētia
pulchra iudicet. Ipse aūt ordinis mod⁹ vi/
uit in vitate ꝑpetua/nec mole vast⁹/nec p/
tractione volubil/sȝ pōtētia sup oēs locos
magnus: ęternitate sup oīa tpa imobil: si/
ne quo tñ nec vllius molis vastitas in vnū
redigi: nec vllius tpis pductio pōt ab erro/
re cohiberi: ⁊ aliq̄d eē vel corp⁹ vt corp⁹ sit/
vel motus vt motus sit. Ipsū est vnū pn/
cipale/nec per finitū nec p infinitū crassuȝ:
nec per finitū nec p infinitū mutabile: Nō
eñ habet aliud hic/ aliud alibi: aut aliud
nūc/aliud postea: q2 sūme vnus ē pater vi/
tatis/pat suę sapiētię: q̄ nulla ex pte dissilis/ i. sen. dis. 3. ca. nunc restat
silitudo eius dicta ē et imago / q2 de ipso ē.
Itaq̄ȝ etiā fili⁹ recte dicit ex ipso/cętera per
ipsum: Pręcessit eñ forma oim sūme iplēs
vnū de quo ē: vt cętera q̄ sunt inq̄ȝtuȝ sunt
vni silia p eam formā fierent.

Quę ad ipsā vl p ipsā facta sint dei silitudine q̄ filius est: Ca. XLIIII.

Orū alia sic sunt p ipsā/ vt ad ipsaȝ
b etiā sint: vt oīs rōnalis ⁊ intelle
ctual creatura/in q̄ hō rectissime di
cit factus ad imaginē ⁊ silitudinē dei: Nō
eñ aliter incōmutabilē veritatē posset mē/
te ꝯspicere. Alia vo ita sunt p ipsā facta/vt
nō sint ad ipsā: Et ideo rōnal aīa si creatori
suo fuiat a q̄ facta ē/p quē facta ē/ ⁊ ad quē
facta est: cūcta ei cętera seruiēt: Et vita vlti
ma q̄ tā vicina illi est/ ⁊ ē adiutoriū ei⁹/p qd
imperat corpi: ⁊ ipsū corp⁹/extrema natura
et essentia/cui oīn mō cedenti ad arbitriū
dñabit/nullā de illo sentiēs molestiā: q2 iā
nō ex ipo nec per ipsum q̄ret beatitudinē/s
ex deo p seipsā percipiet. Reformatū ğ cor/
pus ⁊ sāctificatū/sine detrimento corrupti/
onis/ ⁊ sine onere difficultatis administra/
bit. In resurrectione eñ nec nubēt neq̄ȝ nu Math. 22. c.
bent/sed erūt sicut angeli in cęlis. Esca vo 1. Cor. 6. c.
ventri/ ⁊ venter escis: Deus aūt et hunc et

illas destruet: qm̄ non est regnū dei esca et
potus/sed iusticia ⁊ pax ⁊ gaudium.

Qꝛ ex ipsa corporeę voluptatis ĩbecillitate cōmoneamur ea spne-re/⁊ beatā vitā inq̄rere: ⁊ idipsū ⁊ nobilitatē et excellētię appetitiōe:

A Quapropter etiā ĩ ista (Ca.XLV.
q corpis voluptate inuenim⁹ vñ cō-
monemur eā ꝯtēnere: nō qꝛ malū ē
natura corpis/ſꝫ qꝛ in extremi boni dilecti-
one turpit volutat᷑: cui ꝑus inhęrere fruiq̃ꝫ
ꝯcessū est. Cū trahitur auriga/⁊ suę temeri-
tatis dat penas: quicq̄d illud ē q̇ vtebatur
accusat: sꝫ imploret auxiliū: iubeat dñs re-
rū: obsistatur eq̄s/alia iā spectacula de illi⁹
p̄cipitatione faciētib⁹/⁊ nisi subueniatur ḋ
morte facturi: restituat᷑ in locū: sup rotas
colloce᷑: habenaꝝ iura reddan᷑: regat cau-
ti⁹ obtēperātes ⁊ edomitas bestias: Tunc
sentiet q̃ꝫ bñ curr⁹ ⁊ tota illa iūctio fabrica-
ta sit: quę ruina eius/⁊ ipsū afflixerat/⁊ cur-
sū decētissimę moderationis amiserat: qꝛ ⁊
huic corpi imbecillitatē pepit aię male vtē-
tis auiditas in paradiso: vsurpās vetitū ci-
bū ꝯtra medici disciplinā/q̇ sempiterna cō-
tinetur salus. Si ẜ in ista ipa visibil᷑ carnis
imbecillitate/vbi beata vita esse nō pōt/in-
uenit᷑ admonitio beatę vitę ꝑpter speciē ḋ
sūmo bono vsq̃ꝫ ad ima venientē: q̄nto ma-
gis ĩ appetitione nobilitatē ⁊ excellētię: ⁊ in
oĩ supbia vanaq̃ꝫ pōpa hui⁹ mūdi. Quid
eñ aliud ĩ ea hō appetit/nisi solus esse si fie-
ri possit cui cūcta subiecta sint/pueꝛsa. s. imi-
tatione oīpotētis dei? Quē si subdit⁹ imita-
ret᷑/sm p̄cepta ei⁹ viuēdo/p eū haberet sb-
dita cętera: nec ad tantā deformitatē veni-
ret vt bestiolā timeret/q̇ vult hoīb⁹ impare.
B Habet ẜ ⁊ supbia quēdā appetitū vnitatē ⁊
oīpotētię: sꝫ ĩ reꝝ tpaliū ꝑncipatu/ q̄ oĩa
transeūt tanq̃ꝫ vmbra. Inuicti esse volum⁹
et recte: habet eñ hoc animi nostri natura
post deū/a q̇ ad ei⁹ imaginē fact⁹ ē: ſꝫ ei⁹ p̄cę-
pta erant seruāda: q̇bus seruatē nemo nos
vinceret. Nunc v̾o dū ipsa cui⁹ v̾bis turpit᷑
ꝯsensim⁹/domat᷑ dolore pariēdi: ⁊ nos ĩ ter-
ra laboram⁹: ⁊ cū magno dedecore supera-
mur ab oībus q̄ nos cōmouere ac pturba-
re potuerūt. Itaq̃ꝫ nolum⁹ ab hoīb⁹ vinci:
⁊ irā non possumus vincere. Qua turpitu-
dine q̇d execrabilius dici pōt? Fatemur ho-
minē hoc esse qḋ nos sumus: q̇ tñ ⁊ si habe-
at vitia/nō ē tñ ipse vitiū. Quāto igit᷑ ho-
nestius hō nos vincit q̃ꝫ vitiū. Quis autē
dubitet imane vitiū esse inuidētiā: q̄ neces-
se ē torqueat᷑ ⁊ subijciatur/q̇ nō vult ĩ reb⁹
tpalib⁹ vinci? Melius ē ẜ vt hō nos vincat
q̃ꝫ inuidentia/vel quodlibet aliud vitiū.

Qꝛ sit vere inuictus q̇ charitate pollet: ⁊ qualis esse debeat charitas ad deū ⁊ ꝑximū: Ca.XLVI

s Ed nec ab hoīe vinci pōt qui vitia A
sua vicerit. Nō eñ vincit᷑/nisi cū ei
eripit᷑ ab aduersario qḋ amat. Qui
ẜ amat id solū qḋ amāti eripi non pōt/ ille
indubitāter inuict⁹ ē/nec vltra cruciat᷑ inui-
dia. Id eñ diligit/ad qḋ diligēdū ⁊ pcipiē-
dū q̄nto plures venerit/tāto eis vberi⁹ gra-
tulat᷑. Diligit eñ deū ex toto corde/ ⁊ ex to- Matth. 22. d.
ta aīa/ ⁊ ex tota mēte: et diligit ꝑximū tāq̃ꝫ
seipsū. Nō ẜ illi inuidet vt sit qḋ ipē ē: imo
adiuuat etiā q̃ꝫtū pōt. Nec pōt amittere ꝑ-
ximū quē diligit tāq̃ꝫ seipsū: qꝛ neq̃ꝫ ĩ seipo
ea diligit q̄ ocul᷑ subiacēt/ aut vll᷑ alijs cor-
poreis sensibus. Ergo apud semetipsū ha-
bet quē diligit tanq̃ꝫ seipsū. Ea aūt ē regla
dilectionis/vt q̄ sibi vult bona ꝑuenire/⁊ il- Tob[ie]. 10. e
li velit: ⁊ q̄ accidere sibi mala nō vult/et illi
nolit: hāc volūtatē erga oēs hoīes seruat.
Nā erga neminē operandū ē malū. Et dile- Roma. 13. c.
ctio ꝑximi malū nō operat᷑. Diligam⁹ ẜ vt
p̄ceptū ē etiā inimicos nr̄os/ si vere inuicti Matth. 5. g.
esse volumus. Nō eñ p seipsū quisq̃ꝫ hoīm
inuictus ē: sꝫ p illā ĩcōmutabilē legē/cui q̇-
cūq̃ꝫ seruiūt soli sūt liberi. Sic eñ eis qḋ di-
ligūt auferri non pōt: Quę res vna inuictos
facit ⁊ pfectos viros. Nā si vel ipsū hoīem
hō dilexerit: nō tanq̃ꝫ seipsū/sed tāq̃ꝫ iumē-
tū/aut balneas/ aut auiculā pictā/vł gar-
rulā. i. vt ex eo aliq̇d tpalis voluptatis aut
cōmodi capiat: ſuiat necesse ē: nō homini/
sed qḋ ē turpi⁹/tā fędo et detestabili vitio/
quo nō amat hoīem sicͭ hō amand⁹ ē. Quo
vitio domināte/vsq̃ꝫ ad extremā vitā/ vel B
potius mortē pducitur. Sed nec sic q̇dē ab 1. Macha.
hoīe hō diligēd⁹ ē vt diligūtur carnales fra- ca. 13. m.
tres vł filij vł ꝯiuges/vł q̇q̃ꝫ cognati/vel af-
fines aut ciues: Nā ⁊ dilectio ista tpalis ē.
Nō eñ vllas tales necessitudines habere-
mus quę nascēdo ⁊ moriēdo ꝯtingūt/si na-
tura nostra ĩ p̄ceptis ⁊ imagine dei manēs:
in istā corruptionē non religaretur. Itaq̃ꝫ
ad ꝑstinā perfectāq̃ꝫ naturā nos ipsa veri-
tas vocās/p̄cipit vt carnali ꝯsuetudini resi-
stam⁹: docens neminē aptū esse regno dei/
q̇ non istas carnales necessitudines oderit.
Neq̃ꝫ hoc cuiq̃ꝫ inhumanuꝫ videri debet:

Al. Iboiem q. Magis eni e inhumanu no amare ? in hoie qd bo e/sz amare qd filii est: hoc est eni no i eo amare illud qd ad deu ptinet/ sz amare illud qd ad se ptinet. Quid q mirū si ad regnū non puenit q non cōmune; s pua tā re diligit? Immo vtrūq ait qspiā: imo illud vnuz dicit dns. Dicit eni verissime Veritas:

Matth. vi. Nemo pōt duob' dnis seruire. Nemo eni pōt perfecte diligere q vocamur/nisi oderit vn reuocamur. Vocamur aūt ad pfectā naturā humanā/qlē ā pctm nfm deus fecit: Reuocamur aūt ab ei' dilectione quā peccando meruim'. Quare oderim' oportet: vn aūt liberemur optam'. Oderim' q tpales necessitudines/si eternitatē charitate flagramus. Diligat hō pmū tanq seipsuz. Certe eni sibijpsi nemo e pat/ aut filii'/ aut affinis/aut aliquid hmoi/sed tn hō. Qui q diligit aliquē tanq seipsū/ hoc in eo debet diligere qd sibi ipse e: Corpa vo nō sūt qd nos sumus. Non q in hoie corpus est expetendū aut desiderandū. Valet eni ad hoc

Exo. xx. c. etiā qd pceptū e: Non cōcupiscas rē pximi tui. Quapropē qsqs in pximo aliud diligit q sibi ipse e/ non eū diligit tanq seipsum. Ipsa igit natura humana sine carnali pditione diligēda e/siue sit pficiēda siue perfecta. Oēs sub vno deo patre cognati sunt q eū diligunt/ ? faciūt voluntatē ipsi'. Et inuicē sibi sūt/ ? patres/ cū sibi psulūt/ ? filij cū sibi obtēperāt: et fres/maxime q eos vnus pat testamēto suo ad vnā hereditatē vocat.

Quō vere inuict' oib' bn vtit: nec cuiusq morte affligit/ sed et in tribulatione letatur: Ca. XLVII.

Quapropē cur iste non inuict' sit hominē diligēdo/cuz in eo nihil pter hoiem diligat .i. creaturā dei ad ei' imaginē factā: nec ei possit deesse pfecta natura quā diligit/ cū ipse pfectus e? Sic eni vbi gfa/ si quisq diligat bn cantantē: non hunc aut illū/sed tn bn cantantē quēlibet/ cū sit cantor ipse perfect': ita vult oēs tales esse/ vt tn ei nō desit qd diligat: q ipse bn cantat: Nā si cuiq inuidet bn cantanti: non tā illud diligit/sed aut laudē/aut aliqd aliud/ q bn cantādo vult peruenire: ? pōt ei minui vel auferri si et alius bn cantauerit. Qui q inuidet bn cantāti: nō amat bn cantantē: sed rursus q eo indiget nō bn cātat. Qō multo accōmodati' de bn viuēte dici pōt: q ? inuidere nulli pōt: q eni peruenit bn viuētes/tātundē e oibus: nec minus sit cū plures habuerint. Et pōt esse tps q bonus cātor cantare non decēter queat: ? idigeat voce alteri' q sibi exhibeat quod dilligit: tanq si alicubi puiuet/ vbi etiā cantare turpe sit/ s deceat audire cātantē: bn autez viuere semp decet. Quare qsqs h et diligit ? facit: non solū nō inuidet imitātib'/ s eis se pbet libētissime atq hūanissime qtū potest: nec tn eis indiget: Nā qd in illī diligit/ in seipso habet totū atq pfectū. Ita cū diligit pxmū tāq seipsū/nō inuidet ei: q nec sibijpsi: prestat ei qd pōt: q et sibijpsi: nec eo indiget/ q nec seipso: tn deo indiget/ cui adherēdo beat' e: Nemo aūt illi eripit deum. Ille q verissime atq certissime inuict' B hō e q coheret deo: non vt ab eo aliqd boni extra mereat/sed cui nihil aliud q ipsus herere deo bonū est. Hic vir qdiu e in hac vita/ vtitur amico ad rependendā gratiā: vtitur inimico ad patientiā: vtit quib' potest ad beneficentiā: vtit oibus ad beniuolētiā: Et qq tpalia non diligat/ ipse recte vtit tēporalib': ? p eoz forte hominib' psulit/ si equaliter non pōt oibus. Quare si aliquē familiariū suoz pmpti' q quēlibet alloqtur: non eū magis diligit/ s ad eū habet maiorē fiduciā/ ? apertiorē tpis ianuā. Tractat eni tpi deditos tāto meli' qnto minus ipe obligatus e tpi. Cū itaq oibus qs pariter diligit pdesse nō possit: nisi pductioib' pdesse malit iniust' e. Animi aūt pductio maior est q locoz aut tēpoz/ qbus in hoc corpe ilīgimur: s ea maxima e q oibus preualet: Non q iste affligit morte cuiusq: qm q toto aio deū diligit/ nouit nec sibi perire qd deo non perit. Deus aūt dns e ? viuoz et mortuoz. Nō cuiusq miseria miser est: q nec cuiusq iusticia iust' est: Et vt nemo illi iusticiā ? deū/ sic nemo aufert beatitudinē. Al. felicitatē Et si aliqs forte alicui' periculo vl errore vl dolore cōmouetur: vsq ad illius auxiliū/aut correctionē/ aut consolationē/ non vsq ad suā subuersionē valere patit. In oibus autē officiosis laborib' future quietē certa expectatione nō frāgit. Quid eni ei nocebit/ q bn vti etiā inimico potest? Ei' eni psidio atq munimento inimicitias nō pertimescit/ cui' pcepto ? dono diligit inimicos. Matth. v. g. Huic viro in tribulationib' pax est non pcontristari/ nisi etiā gaudeat: sciens q tribulatio patientiā operat/ patiētia pbationē/ pbatio spem: spes autē non confundit: Roma. v. a. Qm charitas dei diffusa e i cordibus nris

p spūsctm̄ q̄ dat⁹ ē nobis. Quis huic nocebit? Quis hūc subiugabit? Hō q̄ pspers rebus pficit/aspers q̄d pfecerit discit. Cū eīm mutabiliū bonoꝝ adest copia/ non eis ꝯfidit: sed cū subtrahunt/agnoscit verū cū nō ceperint: Quia plerūq₃ cū assūt nobis/putamus ꝙ nō ea diligam⁹: sed cū abesse ceperint/inuenimus qui simus. Hoc eīm sine amore nostro aderat/ qđ sine dolore discedit. Uidetur ḡ vincere cū vincat: q̄ superādo ad id puenerit qđ cū dolore amissur⁹ ē: ꝛ vincit cū vinci videatur/ q̄sq₃ cedēdo ad id puenit quod non amittit inuitus.

Que sit pfecta iusticia: Ca. XLVIII

A q Uē ḡ delectat libertas/ ab amore mutabiliū reꝝ liber esse appetat: ꝛ quez regnare delectat/vni oīm regnatori deo subdit⁹ hereat/pl⁹ eū diligēdo q̄ seipsū: Et hec ē pfecta iusticia/q̄ poti⁹ potiora/ꝛ min⁹ minora diligimus. Sapientē aīam atq₃ pfectā talē diligat q̄lē illā videt: stultā nō talē/s₃ q₃ esse pfecta ꝛ sapiēs pōt: q₃ nec seipsū debet stultū diligere: Nā q̄ se diligit stultū/nō pficiet ad sapiētiā: nec fiet q̄sq₃ q̄lis cupit esse/nisi se oderit qual' ē. S₃ donec ad sapiētiā perfectionēq₃ veniat: eo aīo ferat stulticiā pximi/quo suam ferret si stultus esset/ꝛ amaret sapientiā. Quapropter si ꝛ ipsa superbia vere libertatis ꝛ veri regni vmbra est: etiā p ipsam nos cōmemorat diuina puidentia/quid significem⁹ viciosi/ ꝛ quo debeamus redire correcti.

Quō oīb⁹ pferat cōprehēsio ꝟitatꝭ: licet alij falsitatem/alij vanitatē sectent: ideoq₃ nec ad vere lucis agnitionem appropiare possunt: Ca. XLIX

A i Am ꝟo cūcta spectacula/ꝛ oīs illa q̄ appellat curiositas q̄d aliđ q̄rit q̄ de reꝝ cognitōe leticiā? Quid ḡ admirabili⁹/q̄d speciosi⁹ ipā ꝟitate: ad quā oīs spectator puenire se cupere ꝯfitet/cū vehemēter ne fallat inuigilat: et inde se iactat si quid acuti⁹ ceteris ꝛ viuaci⁹ i spectādo cognoscat ꝛ iudicet? Ipsū denīq₃ pstigiatorē nihil aliud q̄ fallaciā pfitentē diligent intuent ꝛ cautissime obseruāt: ꝛ si eludunt/q₃ sua non pñt/alii⁹ delectant sciencia q̄ eos eludit: Nā etsi ille nesciret qb⁹ causis fallātur intuētes/vl' nescire crederetur: parit' errāti nullus plauderet. Si quis aūt de pplo vnus eū dephēderit: maiorē illo laudē se mereri putat: non ob aliud/nisi q₃ decipi fallim₃ non potuit. Si aūt multis apertus sit: nō ille laudat/sed irridētur ceteri q̄ talia dephēdere nequeūt. Ita oīs palma cognitionis dat ꝛ artificio/ꝛ cōphēsioni ꝟitatis: ad quā nullo mō pueniunt q̄ foris eā querūt. Itaq₃ i tātas nugas ꝛ turpitudines mersi sum⁹/vt cū interrogati q̄d sit melius/veꝝ an falsū: ore vno rñdeamus verū esse melius iocis et ludis: tñ vbi nos vtiq₃ nō vera/s₃ falsa delectāt: multo ppensi⁹ q̄ pceptis ipsi⁹ ꝟitatꝭ hereām⁹. Ita nr̄o iudicio ꝛ ore punimur/aliud rōne approbātes/aliud vanitate sectātes. Tādiu aūt ē ludicrū ꝛ ioculare aliq̄d/q̄diu nouim⁹ in cui⁹ veri compatione rideat. S₃ diligēdo talia excidimus a vero: ꝛ non iā inuenim⁹ quaꝝ reꝝ incitamēta sint/q̄bus tanq̄ pmis pulchris inhiam⁹: ꝛ ab eis recedētes amplexamur nr̄a phātasmata: Nā redeūtib⁹ nobis ad inuestigandā ꝟitatē/ipsa i itinere occurrūt/ꝛ nos trāsire non sinūt: null' viribus/s₃ magnis isidijs latrocinātia: nō itelligētib⁹ q̄ late pateat qđ dictū est: Cauete a simulacris. Itaq₃ alij p innumerabiles mūdos vaga cogitatione volutati sunt: Alij deū esse nō posse/ nisi corpus igneū putauerūt: Alij candorē lucis immēse p infinita spacia vsq₃quaq₃ porrectū: ex vna tamē parte quasi nigro quodā cuneo fissū/duo aduersa regna opinātes: ꝛ talia rebus ꝯstituentes pncipia/cū suis phātasmatib⁹ fabulati sunt. Quos si iurare cogā/ vtrū hec vera esse sciant: fortasse non audeāt/sed vicissim dicāt: Tu igitur ostēde quid veꝝ sit. Quibus si nihil respondeā/nisi vt illā lucē querant qua eis apparet: ꝛ certū est aliud ēē credere/aliud itelligere: iurarēt ꝛ ipsi/nec ocul' videri posse istā lucē/nec cum aliqua locorum vastitate cogitari: ꝛ nusq̄ nō psto esse querentibus/ꝛ nihil ea certius atq₃ serenius inueniri. Que rursus oīa q̄ de hac luce mentis nūc a me dicta sunt/nulla alia q̄ eadē luce manifesta sunt. Per hanc eīm itelligo vera esse q̄ dicta sunt: ꝛ hec me intelligere p hanc rursus intelligo. Et hoc rursus ꝛ rursus cum q̄sq₃ se aliq̄d itelligere intelligit/ꝛ idipsū rursus intelligit/in infinitum pergere intelligo: ꝛ nulla hic esse spacia cuiusq̄ tumoris aut volubilitatis intelligo. Intelligo etiā nō me posse intelligere nisi viuā: ꝛ me viuaciorē intelligēdo fieri certius intelligo: Eterna eīm vita vitā tpalē viuacitate ipsa supat. Nec q̄d sit eternitas/ nisi intelligēdo conspicio: Mentis quippe

aspectu oēm mutabilitatē ab ęternitate se/iungo: et in ipsa ęternitate nulla spacia tē/poris cerno: qꝛ spacia tpis pteritis ꝛ futuri rex motibus constant. Nihil autē pterit in ęterno/ ꝛ nihil futux est: qꝛ ꝛ quod pterit eē desinit: ꝛ quod futux est/ nondū esse cępit. Eternitas autē tm̄modo ē: nec fuit quasi iā non sit: nec erit quasi adhuc non sit. Quare sola ipa verissime dicere potuit humanę Exo. 3. d. mēti: Ego sū qui sū. Et de illa verissime dici poterat: Qui est/ misit me.

Quō se q̄sq̄ ad verę lucis ɔtēplationē debeat pparare: et de scriptura x et interptationū ɔditionib⁹: Ca. L.

A Ui si nōdū possum⁹ ihe c rere: obiurgemus saltē nfa phātasmata/ ꝛ tā nugatorios et deceptorios ludos de spectaculo mētis eijciamus. Utamur gradib⁹ q̄s nobis diuina puidētia fabricare dignata ē. Cū eni figmētis ludicris nimiū delectati euanescerem⁹ in cogitationib⁹ nris: ꝛ totā vitā nostrā i q̄dā vana sōnia vterem⁹/ rōnali creatura seruiēte legib⁹ suis: p sonos ac litteras/ ignē/ fumū/ nubē/ columnā/ q̄si q̄dā vba visibilia cū infantia nra parabol ac silitudinib⁹ q̄dāmodo ludere/ ꝛ iteriores oculos nros luto huiuscemodi curare nō aspernata ē ineffabil misericordia dei. Distinguam⁹ ergo quā fidē debeamus historię/ quā fidē debeam⁹ intelligētię: quid mādemus memorię: vex esse nesciētes/ sed credētes tñ. Et vbi sit verū qd non venit ꝛ trāsit/ sed semp eodē mō manet: Qui sit mod⁹ interptādę allegorię q̄ p sapientiā dicta credit in spūscrō. Utrū a visibilib⁹ antiq̄oribus ad visibilia recentiora eā perducere sufficiat. An vsq̄ ad aię affectiones atq̄ naturā/ an vsq̄ ad incommutabilē ęternitatem: An alię significent gesta visibilia/ alię motus animox/ alię legē eternitatis: an aliqua inueniant in q̄bus hęc oīa inuestigāda sint. Et q̄ sit stabil fides/ siue historica ꝛ tpalis/ siue spiritalis et ęterna: ad quā oīs interptatio auctoritatis dirigēda sit. Et quid psit ad intelligenda ꝛ obtinēda ęterna: vbi finis est oim bonax actionū/ fides rerū temporaliū. Et qd intersit inter allegoriā historię/ et allegoriā facti/ et allegoriā sermonis/ et allegoriā sa-

B cramenti. Et quō ipsa locutio diuinax scri- Qd oīs lingua hēat ppria q̄dā locutionis genera. pturarū sm cuiusq̄ linguę pprietatē accipienda sit. Habet eni oīs lingua sua quędam ppria genera locutionū: quę cū in aliam linguā transferūtur/ videntur absurda: Quid psit tanta loquēdi humilitas/ vt nō solū ira dei ꝛ tristicia/ ꝛ a somno expergefactio/ ꝛ memoria/ et obliuio/ et alia nonnulla quę in bonos hoies cadere psit/ sed etiā penitētię/ zeli/ crapulę nomina/ ꝛ alia hmōi i sacris libris inueniātur: Et vtrū oculi dei et manus et pedes/ et alia hui⁹ generis mēbra/ quę in scripturis nominātur/ ad visibilem formā humani corpis referēda sint: an ad significationes intelligibiliū ꝛ spiritalium potentiarū: sicut galea et scutū/ et gladius et cingulū/ ꝛ cętera talia. Et quod maxime quęrēdū ē/ quid psit generi hūano/ q sic nobiscū p rationalē ꝛ genitalē ꝛ corporalē creaturā sibi seruientē diuina puidentia locuta est: Quo vno cognito/ oīs ab animo pteruitas pueril excludit/ et introducitur sacrosancta religio.

Ad diuinax scripturarū ɔsiderationē hortatio: Ca. LI.

o Missis igit ꝛ repudiatis nugis theatricis ꝛ poeticis/ diuinax scripturax ɔsideratione ꝛ tractatiōe pascam⁹ animū atq̄ potem⁹: vanę curiositatis famē ac siti fessū ꝛ ęstuantē/ ꝛ inanibus phantasmatibus tanq̄ pictis epul frustra refici satiariq̄ cupientē. Hoc vere liberali et ingenuo ludo salubrit erudiamur: Si nos mi-racula spectaculox ꝛ pulchritudo delectāt: illam desideremus videre sapientiā/ q̄ pertendit a fine vsq̄ ad finem fortiter: ꝛ dispo Sap. 8. a. nit omnia suauiter. Quid eni mirabilius/ vi incorporea mundū corporeū fabricante et administrante: Aut quid pulchri⁹ ordinante ꝛ ornante:

Quō nō solū ex creaturis dei/ sꝫ ꝛ ex vitiis ad vtutes capessēdas cōmoneri possimus i hac vita/ sꝫ nō in inferioribus inferis Ca. LII.

f Iā aūt oēs fatent p corp⁹ ista sentiri/ et aiam meliorē esse q̄ corp⁹: nihil ne p se animus ipe ɔspiciet: aut A qd ɔspiciet potest esse/ nisi multo excellēti⁹ longeq̄ pstātius: Immo vo cōmemorari ab his q̄ iudicam⁹ ītueri/ qd sit sm qd iudicam⁹: ꝛ ab opib⁹ artiū ɔuersi ad legē artiū/ eā speciē mēte ɔtuebimur/ cui⁹ compatiōe fęda sunt quę ipsius benignitate sunt pulchra. Inuisibilia eni dei a creatura mūdi p Roma. 1. b. ea q̄ facta sūt intellecta ɔspiciunt/ ꝛ sempiterna ei⁹ vtus ꝛ diuinitas. Hęc est a tpalibus ad ęterna regressio: ꝛ ex vita veteris hoīs i

nouū hoīem reformatio. Quid ē aūt vn̄ hō
Al. ⁊ cōmemorari ⁊ cōmoueri nō possit ad v̄tutes capessēdas
qn̄ de ipsis vitijs potest? Quid eñ appetit
curiositas/nisi cognitionē q̄ certa eē nō po
test/nisi reꝝ ęternaꝝ ⁊ eodē mō se semp ha
bentiū? Quid appetit supbia nisi potētiā/q̄
refert ad agēdi facilitatē/quā nō inuenit nisi
aīa perfecta ⁊ deo subdita/⁊ ad eius regnū
sūma charitate ꝯuersa? Quid appetit volu/
ptas corpis nisi quietē/ q̄ nō ē nisi vbi nul/
B la ē indigētia ⁊ nulla corruptio? Cauēdi sūt
q̄ īferiores inferi. i. post hanc vitā pęnę gra
uiores/ vbi nulla pōt eē cōmemoratio ve/
ritatꝭ/q₂ nulla ratiocinatio. Ideo nulla ra/
tiocinatio: q₂ non eā ꝑfundit lumen verū/
Joh. 1. a. qđ illuminat oēm hoīem venientē in hunc
Joh. 12. e. mundū: Quare festinemus ⁊ ambulem⁹ cū
dies ꝑsto ē: ne nos tenebrę cōphēdāt. Fe
stinem⁹ a secūda morte liberari: vbi nemo ē
Ps. 6. q̄ memor dei sit/ ⁊ ab inferno vbi nemo ꝯfi
tebitur deo.

Quales miseri actionū suarū fines sibi ꝯstituāt/ ⁊ q̄les sapiētes: quoꝝ post hāc vitā ꝑficiet cognitio. Ca. LIII.

Ed miseri hoīes qb⁹
s cognita vilescūt ⁊ nouitatib⁹ gau/
dent/libentius discūt q̄ norunt: cū
cognitio sit finis discēdi: Et quib⁹ vilis est
facilitas actionis/libenti⁹ certāt q̄ vincūt/
cū victoria sit finis certandi: Et quibus vi/
lis ē corpis salus: malunt vesci q̄ satiari: ⁊
malūt frui genitalib⁹ mēbris/ q̄ nullā talē
cōmotionē pati. Inueniunt etiā q̄ malunt
dormire q̄ non dormitare: cū omnis illius
voluptatis sit finis/non esurire ac sitire: et
non desiderare cōcubitū/et nō esse corpore
fatigato. Quare q̄ fines ipsos desiderant/
ꝑus curiositate carēt: cognoscētes eam esse
certā cognitionē q̄ intus est: et ea ꝑfruētes
quātū in hac vita queāt. Deinde accipiūt
actionis facilitatē ꝑuicacia posita: scientes
maiorē esse facilioręq̄ victoriā nō resistere
aīositati cuiusq̄: et h̄ q̄ntū ī hac vita queūt
sentiūt. Postremo etiā quietē corpis/absti
nēdo ab his rebus sine quibus agi hęc vi/
Ps. 33. ta nō pōt: ita gustant q̄ suauis ē dn̄s: Nec
erit eis dubiū qđ post hanc vitā futurū sit:
⁊ perfectionis suę fide/spe ⁊ charitate nutri
untur. Post hanc autē vitā ⁊ cognitio ꝑfi/
1. Cor. 13. c. cietur: q₂ ex pte nūc scim⁹: cū autē venerit
qđ ꝑfectū ē/nō erit ex parte/et pax oīs ade/
Roma. 7. d. rit: Nūc aūt alia lex ī membris meis repu/
gnat legi mētꝭ meę: sed liberabit nos d̄ cor/
pore mortis hui⁹/gratia dei ꝑ iesum christū
dn̄m nostꝝ: Quia ex magna pte ꝯcordam⁹
cū aduersario/dū cū illo sumus ī via: ⁊ tota
sanitas/⁊ nulla indigētia/⁊ nulla fatigatio
aderit corpori: q₂ corruptibile hoc tpe atq̄ 1. Cor. 15. g.
ordine suo q̄ resurrectio carnis futura est/
induet incorruptione. Non miꝝ aūt si hoc
dabit his q̄ ī cognitione solā v̄itatē amāt:
⁊ in actione solā pacē/et in corpore solā sa/
nitatē: Hoc eñ in eis perficiet post hāc vi/
tam/quod in hac vita plus diligunt.

De ꝑmio insipientiū post hanc vitā ⁊ sapientium: Ca. LIIII.

Ui q̄ male vtunt tāto mētꝭ bono/ A
q vt extra eā visibilia magꝭ appetāt/
qb⁹ ad ꝯcupiscēda ⁊ diligēda intel Al. ꝯcupiscenda
ligibilia cōmemorari debuerūt/ dabūt eis
exteriores tenebrę. Haꝝ q̄ppe initiū ē ⁊ car/
nis prudentia/⁊ sensuū corporeoꝝ ībecilli/
tas: Et q̄ certaminib⁹ delectant/aliena bū/
tur a pace/⁊ sūmis difficultatib⁹ īplicabun
tur. Initiū eñ sūmę difficultatꝭ ē bellū at/
q̄ ꝯtētio. Et h̄ significari arbitror q̄ ligant
ei man⁹ et pedes. i. facultas oīs aufertur Matth. 22. b.
operādi: Et q̄ sitire ⁊ esurire volūt/⁊ in libi et. 25. c.
dinē ardescere ⁊ defatigari vt libēter edant
⁊ bibant ⁊ concumbāt ⁊ dormiant/ amant
indigentiā/qđ ē initiū sūmoꝝ doloꝝ. Per/
ficiet ergo in eis quod amāt/vt ibi sint vbi
eis sit plorat⁹ ⁊ stridor dentiū. Plures eñ
sūt qui hęc oīa simul ⁊ initia diligūt: ⁊ quo/ Al. ⁊ vita
rū vita est spectare/ꝯtēdere/mādu care/ bi/
bere/ꝯcūbere/dormire: ⁊ in cogitatione sua
nihil aliud q̄ phātasmata/ q̄ d̄ tali vita col
ligūt/amplexari: ⁊ ex eoꝝ fallacia supstitio
nis vł impietatis regulas fingere qb⁹ deci/
piunt/et quib⁹ inhęrēt: etiā si ab illecebris
carnis se abstinere conent: Quia nō bene
vtunt talento sibi cōmisso. i. mentis acie q̄
vidētur oēs q̄ docti aut vrbani aut face/
ti nominātur excellere: Sed habent eā ī su
dario ligatā/aut ī terra obrutā. i. delicatꝭ ⁊
sup̄fluis rebus/aut terrenis cupiditatibus
inuolutā ⁊ opp̄ssā. Ligabunt q̄ his man⁹ ⁊
pedes/⁊ mittētur ī tenebras exteriores: ibi
erit ploratus ⁊ stridor dentiū: Non q₂ ipsa
dilexerit/ (q̄s eñ hęc diligat?) sed q₂ illa q̄
dilexerūt/initia sūt istoꝝ: ⁊ necessario dile/
ctores suos ad ista ꝑducūt. Qui eñ magꝭ B
amāt ire q̄ redire/aut ꝑuenire: ī lōginq̄ora
mittēdi sūt: qm̄ caro sūt ⁊ sp̄us ambulās/⁊ Ps. 77.
non reuertēs. Qui v̄o bn̄ vtūtur vel ipsis
q̄nq̄ sensib⁹ corpis ad credēda ⁊ ꝑdicanda

opera dei/ ⁊ nutriendā charitatē ipsius: vl
actiōe vel cognitiōe ad pacificādā naturā
suā/ ⁊ cognoscēdū deū/ intrat i gaudiū dn̄i
Math.25.b. sui. Propterea talētū q̄d male vtēti aufer-
tur: illi datur q̄ talētis qnq̄ bn̄ vsus ē: non
q̄r trāsferri pōt acumē intelligentie/ ꝟ ita si-
gnificatū ē/ posse hoc amittere negligētes ⁊
impios ingeniosos: ⁊ ad eā ꝑuenire diligē-
tes ⁊ pios/ q̄uis ingenio tardiores. Nō eñ
datū est illud talētū ei q̄ acceperat duo: ha
bet eñ ⁊ hoc q̄ iā in actione ⁊ cognitiōe bn̄
viuit: sed ei q̄ acceperat qnq̄: Nōdū eñ ha
bet ad eterna ꝯtemplanda idoneā mentis
aciē/ q̄ visibilibus tm̄. i. ṫpalib⁹ credit: ꝟ ha
bere pōt/ q̄ horū oīm sensibiliū deū artificē
laudat: ⁊ eū persuadet fide/ ⁊ expectat spe/
et querit charitate.

Epilogatiua falsaꝝ religionum confutatio/ et ad verā religionem inductio: Ca. LV.

A Que cū ita sint/ hortor vos oēs hoīes
q charissimi ⁊ ꝓximi mei: meq̄ ipsū
hortor vobiscū: vt ad id quo nos
per sapientiā suā deus hortat/ quanta pos
sumus celeritate curramus. Nō diligam⁹
1.Joh.2.c. mundū: q̄m oīa que in mūdo sunt/ ꝯcupi
scētia carnis/ ⁊ ꝯcupiscentia oculoꝝ ē/ ⁊ am
bitio seculi. Non diligam⁹ per carnis volu
ptatē corrūpere atq̄ corrūpi: ne ad misera-
biliorē corruptionē doloꝝ tormentorūq̄
veniamus: Non diligamus certamina: ne
angel' q̄ talib⁹ gaudēt in potestatē demur/
humiliandi/ vinciendi/ verberādi. Non di-
ligamus visibilia spectacl'a: ne ab ipsa ve-
ritate aberrādo/ ⁊ amādo vmbras/ in tene
bras ꝓiciamur. Nō sit nobis religio i phā
tasmatib⁹ nostris. Melius est eñ qualecū-
q̄ veꝝ/ q̄ omne quicq̄d ꝓ arbitrio fingi po
test: Et tm̄ animā ipsam/ q̄uis aīa vera sit
cū falsa imaginat/ colere nō debem⁹. Meli
or est vera stipula/ q̄ lux inani cogitatione
ꝓ suspicātis volūtate formata: et tm̄ stipu-
lā quā sentimus ⁊ tangim⁹/ demētis est cre
dere colendā. Non sit nobis religio huma-
noꝝ opeꝝ cult⁹: Meliores eñ sunt ipsi ar-
tifices qui talia fabricātur: quos tm̄ colere
nō debemus. Nō sit nobis religio cult⁹ be
stiaꝝ: Meliores eñ sunt extremi hoīes/ q̄s
tm̄ colere nō debem⁹. Non sit nobis religio
cult⁹ hoīm mortuorū: quia si pie vixerint/
nō sic habētur vt tales querāt honores: sz
illū a nobis coli volūt/ q̄ illumināte letan-
tur meriti sui nos esse ꝯseruos. Honorandi
q̄ sunt ꝓpter imitationē/ nō adorādi ꝓpter
religionē. Si autē male vixerint: vbicunq̄
sint/ nō sunt colendi. Non sit nobis religio
cult⁹ demonū: q̄r omis supstitio cū sit ma-
gna pena hominū ⁊ periculosissima turpi-
tudo/ honor ē ac triumphus illoꝝ. Non sit
nobis religio terraꝝ cultus ⁊ aquaꝝ: quia
istis purior ⁊ lucidior est aer/ etiā caligino-
sus: quē tm̄ colere nō debemus. Nō sit no-
bis religio etiā purioris aeris et serenioris
cultus: q̄r luce absente inumbratur: ⁊ puri-
or illo est fulgor ignis etiā huius: quem tm̄
q̄m ꝓ voluntate accēdimus ⁊ extinguim⁹/
colere vtrūq̄ nō debemus. Nō sit nobis re- B
ligio cultus corpoꝝ ethereoꝝ atq̄ celestiū:
que q̄uis omibus ceteris corꝑib⁹ recte ꝑ-
ponātur/ melior tamē ipsis ē quecūq̄ vita.
Quapropter si aīata sunt: melior est q̄uis
aīa ꝑ seipsam q̄ corpus q̄dlibet aīatū: ⁊ tm̄
animā vitiosā nemo colendā esse cēsuerit.
Nō sit nobis religio cultus illius vite qua
dicūtur arbores viuere: q̄m nullus sensus
in ea ē. Et ex eo genere ē ista/ qua nostri eti
am corꝑis numerositas agitur: qua etiā ca
pilli et ossa viuūt/ que sine sensu ꝑcidūtur:
hac autē melior est vita sentiēs: et tm̄ vitā
bestiarū colere nō debemus. Nō sit nobis
religio vel ipsa ꝑfecta ⁊ sapiēs anima rati-
onalis/ siue i ministerio vniuersitatis/ siue
in ministerio partiū stabilita/ siue q̄ i sum-
mis hominib⁹ expectat cōmutationē refor
mationēq̄ portionis sue: quoniā oīs vi-
ta rationalis si ꝑfecta est/ incōmutabili ve-
ritati secū intrinsecus sine strepitu loquēti
obtēperat: nō obtemperās aūt vitiosa fit:
Nō q̄ per se excellit/ sz ꝑ illū cui libēter ob-
tēperat. Qd ergo colit summ⁹ angelus: id
colendū est etiā ab homine vltimo: q̄r ipsa
hominis natura id nō colēdo/ facta est vlti
ma: Non eñ aliunde sapiēs angelus/ aliū-
de homo: aliūde ille verax/ aliunde hō: sed
ab vna incōmutabili sapientia ⁊ veritate:
Nā idipsū actū est ṫporali dispensatione
ad salutē nostrā/ vt naturā hūanā ipsa dei
virtus ⁊ dei sapiētia incōmutabil' ⁊ cōsub-
stantial' patri ⁊ coetern⁹ suscipe dignaret: ꝑ
quā nos doceret id esse homini colendū/
quod ab omi creatura intellectuali ⁊ rati-
onali colendū est. Hoc etiā ipsos optimos
angelos/ ⁊ excellētissima dei ministeria vel-
le credamus: vt vnū cū ipsis colamus deū/
cui⁹ ꝯtēplatione beati sunt. Neq̄ eñ ⁊ nos
vidēdo angelos beati sumus/ sed videndo

veritatē/qua etiā ipsos diligim⁹angelos/z
bis ꝯgratulamur. Nec inuidem⁹ꝙ eo para/
tiores/ vl' null' molestijs interpedientibus
perfruunt:sed magis eos diligimus/ qm̄ z
Math.22.c. nos tale aliqd sperare a cōmuni dn̄o iussi
sumus. Quare honoramus eos charitate/
nō seruitute: Nec eis tēpla ꝯstruimus: No
1.Cori.3.c. lunt em̄ se sic honorari a nobis:qz nosipos
cū boni sumus/templa summi dei esse no/
uerunt. Recte itaqꝫ scribit hominē ab an/
Apoc.22.b. gelo ꝓhibitū ne se adoraret/sed vnū deum
sub quo ei esset z ille conseruus. Qui autē
nos inuitāt vt sibi seruiamus/z tanq̄ deos
colamus:siles sunt superbis hoib⁹/qbus si
liceat/sil'r coli volūt: sed istos hoies perpeti
minus/illos vo colere magis periculosū ē.
Ois em̄ hoim dn̄atus in hoies/ aut domi/
nantiū/aut seruientiū morte finit. Seruit⁹
autē sub angeloꝝ maloꝝ superbia/ ꝓpter
ipsū tp̄s qd ē post mortē/magis metuenda
est. Illud etiā cuiuis cognoscere facile est/
ꝙ sub hoie dominante liberas cogitatiōes
C habere ꝯcessū est. Illos aūt dn̄os in mēti/
bus ipsis formidemus:qz vn⁹ ē oculus in/
tuendę ac percipiēdę veritati. Quare si oi/
bus potestatib⁹ q̄ dant hominib⁹ ad regē/
dā rempublicā ꝓ nostro vinculo subditi su
Math.22.c. mus:reddētes cęsari qd cęsari est/z deo qd
dei est:non ē metuendū ne hoc post mortē
nostrā aliquis exigat. Et aliud est seruitus
animę/aliud seruitus corpis. Iusti aūt ho/
mines z in vno deo habētes oīa gaudia
sua:qn̄ per eoꝝ facta deus bn̄dicitur/ꝯgra/
tulantur laudātibus. Cū vo ipsi tanq̄ ipsi
laudantur/corrigūt errātes quos possunt:
quos autē non pn̄t/non eis ꝯgratulantur:
z ab eo vitio corrigi volunt. Quibus si si/
miles/ vel etiā mundiores atqꝫ sanctiores
sunt boni angeli/z oīa sancta dei ministe
ria: quid metuimus ne aliquē illoꝝ offen/
damus/si nō superstitiosi fuerim⁹: cū ipsis
1.Retract. ca.13.n. adiuuātibus ad vnū deum tendētes: et ei
vni religantes aīas nostras/ vn̄ religio di/
cta credit/oīni superstitione careamus? Ec
ce vnū deum colo/vnū omniū principium
z vnā sapientiā qua sapiēs est quęcūqꝫ ani
ma sapiens ē:et ipsum munus/ quo beata
sunt quęcūqꝫ beata sunt. Quisquis ange/
loꝝ diligit hunc deū:certus sum ꝙ etiā me
diligit. Quisquis in illo manet / et potest
humanas preces sentire/ i illo me exaudit.
Quisquis ipsū habet bonum suuz/in ipso
me adiuuat: nec mihi eius participationē
potest inuidere. Dicant q̄ mihi adoratores
aut adulatores partiū mūdi/quid nō opti/
mū sibi conciliet: qui hoc vnū colit qd om/
nis optimus diligit:z cui⁹ cognitione gau/
det:z ad quod principiū recurrēdo fit opti
mus. Quisquis vo angelus excessus suos
diligit/et veritati esse subditus nō vult:et
priuato suo lętari cupiens /a cōmuni om/
niū bono et vera beatitudine lapsus ē:cui
oēs mali subiugādi et p̄mēdi sunt / nullus
aūt bonus nisi exercēdus/in potestatē da/
tur: nullo dubitante nō est colēdus/ cuius
lęticia est nostra miseria:et cuius damnū ē
nr̄a reuersio. Religet ergo nos religio vni
omnipotēti deo: quia inter mentē nostraz
qua illū intelligimus patrē z veritatē: id ē
lucē interiorē per quā illū intelligim⁹: nul/
la interposita creatura est: Quare ipsam D
quoqꝫ veritatē nulla ex parte dissimilē in 1.sen.dis.3.ca. nunc restat
ipso z cū ipso veneremur:quę forma ē om/
niū quę ab vno facta sunt/z ad vnū nitun/
tur. Unde apparet spiritalib⁹ animis ꝑ hāc
formaz esse facta oīa/quę sola implet qd
appetūt omnia. Quę tamē oīa neqꝫ fie/
rent a patre ꝑ filiū:neqꝫ suis finibus salua
essent / nisi deus summe bonus esset:qui z
nulli naturę q̄ ab ipso bona esse potest in/
uidit: z i bono ipso alia quantū vellēt/alia
quantū possent vt manerēt dedit. Quare
ipsū donū dei cū patre z filio ęque incōmu
tabile colere z tenere nos ꝯuenit/vni⁹ sub/
stantię trinitatē/vnū deū a quo sumus/per
quē sumus/in quo sum⁹/ a quo discessim⁹:
cui dissiles facti sumus:a quo perire nō ꝑ/
missi sumus/ principiū ad qd recurrimus/
formā quā sequimur/z gratiā qua reconci/
liamur: vnū deū q̄ auctore conditi sum⁹:et
silitudinē eius/ ꝑ quā ad vnitatē reforma/
mur: z pacē qua vnitati adhęremus: deuz
qui dixit: Fiat: et vbū ꝑ quod factū ē oē
Gen.1.a. quod substātialiter z naturaliter factū est:
et donū benignitatis eius: quo placuit et
reconciliatū est auctori suo/ vt nō interiret
quicqd ab eo ꝑ verbū factū est: vnū deum
quo creatore viuimus:ꝑ quē reformati sa/
pienter viuimus: quē diligētes z quo fru/
Roma.11.d. entes beate viuimus: vnū deū ex quo om
nia/per quē omnia/ i quo oīa: ipsi gloria
in sęcula sęculoꝝ amen.

Diui aurelij augustini hipponensis ep̄i
de vera religione liber explicit.